

Peter Hinckelmann    Johann Turban

## **Locus Theologicus De Jesu Christo Theanthrop, Redemptore Et Mediatore Nostro Unico**

Rostochi[i]: Pedanus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737569271>

Druck    Freier  Zugang



Verf.: J. Turbainis

P. Hinkelmann.

K. U. theol. 1621.



Locus Theologicus  
DE  
JESU CHRIS-  
TO ΘΕΑΝΘΡΩΠΩ,  
REDEMPTORE ET MEDIA-  
TORE NOSTRO UNICO:

*Theanthropos  
= Gottmensch*

*In alma Rosarum Academia*

SUB PRÆSIDIO

REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI,  
DN. M. PETRI HINKELMANNI  
Ibid. ad D. Jacob. Archidiaconi,  
fidelissimi,

*ad disputandum propositus*

à

JOHANNÉ TURBANO  
Altembruchio - Hadelens. Saxon.



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XXI.





Locus Theologicus  
**DE JESU CHRISTO**  
ΘΕΑΝΘΡΩΠΩ REDEMPTORE  
& Mediatore nostro unico.

Προίμιον.



Sicut de manna, pane illo Israëli-  
tis coelitus dato, in peculiari vase aliquid  
olim in perpetuam ejus rei memoriam Dei  
jussu fuit reservatum. Exod. 16. 32. ita sa-  
lutaris de pane vitæ h. e. Christo, doctrina  
à Spiritu S. in sacræ scripturæ tabulis, ne-  
ranti unquam beneficij nos caperet oblivio, est recondi-  
ta. Scrutemur ergo scripturas, nam illæ sunt, quæ de  
Christo testantur Joh. 5. 39: inde salutarem ejus cogni-  
tionem, in qua vita æterna consistit Joh. 17. 3: haurie-  
mus, discemus inde nihil scire præter Jesum Christum, &  
hunc crucifixum 1. Cor. 2. 2. Illabere igitur animis no-  
stris, O Jesu Christe, & nos placidam de ΤΕ συζήτησιν in-  
stituentes Spiritu S. illumina, ne extra verbi tui cancellos  
evagantes in errorum scopulos impingamus, sed ejus  
ductum sequentes gloriam tuam asseramus.

*Quod anima est corpori viventi, id methodus dissertationi:  
hæc igitur ne negligatur, duas generales futura διασκε-  
ψews partes proponimus: prior ὀνοματολογία, posterior πρᾶγμα-  
τολογία complectetur.*

*pars prior de ὀνοματολογία.*

1. Persona hæc, de qua acturi sumus, appellatur **JESUS**  
**CHRISTO**

A 2

4 CHRISTUS: appellationis hujus etymologia investiganda  
ejusdemq; ratio assignanda.

Etymologiam quod attinet, pro duplici nomine duplex ea  
est. Jesus salvatorem notat, & descendit à ΨΥ, h. e. salva-  
vit. Rationem hujus nominis reddit Angelus ab effectu  
petitam Matth. 1. 21. quia salvaturus sit populum suum à pec-  
catis ipsorum. Confer historiam Iosua Ios. 1. & c. & typum vi-  
debis elegantissimum.

Christus unctum significat, & derivatur à verbo χρίω  
ungo, Hebraicè dicitur Messias. V. Diss. Finck. de nom. Jesu  
Christi. p. 163. T. 6. Gif.

Rationem hujus appellationis queris? hanc accipe:  
quemadmodum in V. T. reges & sacerdotes ungebantur oleo.  
Ex 29. 8. 1. Sam. 16. 13. sic & Christus unctus est Spiritu San-  
cto. Est vero duplex Christi unctio; altera quâ Christus se  
ipsum unxit, oleo Deitatis carnem suam perfundens, quia in  
illo omnis plenitudo Deitatis habitat corporaliter. Col. 2. 9.  
Alterâ quâ Deus pater unxit Christum ut hominem oleo la-  
ticia h. e. Spiritu Sancto Ψ. 45. 8. Es. 11. v. 2. cap. 61. 1. V. Haf.  
pag. 255.

Hinc patet 1. nomen Christi esse appellationem persona com-  
posita: non ergo simplex χρίω est Christus, quia deesset un-  
ctio humanitas; non sola caro est Christus, deesset enim ungens  
Divinitas.

At, inquis, Judæi Christum in deserto tentasse dicuntur  
1. Cor. 10. 9. factum hoc longè ante incarnationem. E. simplex  
χρίω est Christus. & Epist. ad Heb. cap. 13. 8. inquit: Iesus  
Christus heri & hodiè, idem & in secula, E. ab aeterno fuit Chri-  
stus, non tamen ab aeterno fuit persona composita.

Resp. quando ò χρίω ante incarnationem quoq; dicitur  
Christus, fit illud 1. propter persona τὰ ἁγία: non enim alia  
persona

5  
persona est verbum caro factum, alia verbum ante incarnationem, sed una eademq. 2. Propter promissionum de Christo immotam certitudinem. 3. Propter officij Christi perpetuum vigorem, hinc agnus dicitur occisus ab origine mundi Apoc. 13. 2. V. Mentz. 17. tom. 1. Gif. Haf. p. 257.

2. Unctionem Christi factam esse non ab aeterno, sed in tempore. Deus enim hunc Jesum quem judaei crucifixerunt, fecit Dominum & Christum Act. 2. v. 36. V. Hutt. p. 164. L. C.

3. Referendam esse hanc unctionem ad dona increata, & infinita, quia sine mensura facta est Iob. 3. 34. de quo infra plur. Non igitur gradibus differt saltem ab unctione sanctorum, sed specie. Hinc August. Spiritus Sanctus est in Christo non susceptione, sed Majestate. Mentz. p. 39. Anti-mart.

Adversarij, ne majestatem hanc Christi agnoscere cogantur, dicunt, unctionem Christi nihil aliud esse, quam ordinationem ad officium. falso: nam ordinatio hac facta est ab omni aeternitate, hinc Pet. 1. ep. Cap. 1. 20. Christum dicit  $\omega\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota\sigma\alpha\sigma\mu\epsilon\lambda\iota\omega\upsilon\ \omega\epsilon\ \iota\epsilon\tau\alpha\beta\omicron\lambda\eta\varsigma\ \mu\epsilon\sigma\mu\omicron\varsigma$ . Hac vero unctio in tempore, ut supra vidimus, facta est. Hutt. 165. L. C.

4. Neg. illam secundum Divinam: hac enim perfectissima est, & in tempore infinitis donis locupletari nequit: sed secundum humanam naturam factam esse, quae ex statu humili in altiorem evehi potuit. Hac de priori parte delibasse sufficiat.

II. Sequitur pars posterior, de  $\pi\epsilon\alpha\gamma\upsilon\alpha\beta\omicron\sigma\gamma\iota\alpha$ .

Occurrit hic 1. Definitio. 2. definitionis explicatio.

1. definitionem Christi doctorem: Christus Jesus est verus proprius & unigenitus aeterni patris per aeternam generationem filius, in temporis plenitudine assumptus verus & perfectus humanitate in persona: sua unitatem ex Maria virgine verus homo natus, unicus totius generis humani redemptor.

2. Definitionis hujus explicationem pono in consideratione 1. personae. 2. officij Christi. A 3. In



1. In persona Christi perpendemus. i. unionem personalem,
2. flatuum carnis Christi diversitatem.

Unionem personalem ex f. scriptura ita describo. 1. quod sit actio Dei singularis, quâ ὁ λόγος οὐκ ἐγένετο ex v. 14. cap. 1. Joh. 2. quâ filius Dei in temporis plenitudine ex muliere factus est ex v. 4. cap. 4. ad Gal. 3. quâ ὁ λόγος non Angelos sed semen Abrahæ assumpsit ex v. 16. cap. 2. Heb. 4. quâ, sicut liberi, carnis & sanguinis factus est particeps. ex v. 14. ib. 5. quod sit inhabitatio totius plenitudinis Deitatis in Christo σαρκωθεὶς facta ex v. 9. Cap. 2. Col. 6. quod sit manifestatio Dei in carne. ex v. 18 a Cap. 3. 1. ad Tim.

Vis plenior? cape hanc: Unio personalis (ἐνωσις, ἐνωσις) est veræ & integræ humanitatis ex substantia Mariæ Virginis in ipsam personam filij Dei assumptio, ut sit una persona composita ἑνώθησεν & absq; naturarum confusione & solutione. Mentz. p. 33. T. 1. G. i. it. p. 62. Exeg. A. C.

Hac cognoscenda est, 1. ex causis. 2. ex effectis.

Causa sunt quatuor 1. efficiens. 2. materialis. 3. formalis. 4. finalis.

Causa efficiens est S. S. Trinitas nempe Deus pater, Filius & Spiritus S. hinc modo huic, modi illi persona ascribitur.

Patri assignatur Gal. 4. v. 4. in plenitudine temporis misit Deus filium suum, quam missionem à patre filius passim allegat Joh. 5. v. 23. 30, 36, 38. Cap. 6. 38. &c.

Filio ipsi Heb. 2. 16. non angelos sed semen Abrahæ assumpsit, hinc se in mundum venisse dicit Joh. 18. 37. & alibi.

Spiritui Sancto, quando angelus dicit ad Joseph. quod in illa genitum est, ἐκ πνεύματος ἁγίου Matth. 1. 20. & ad Mariam: Spiritus S. superveniet in te Luc. 1. 35.

Non tamē hinc pater Christi respectu Carnis est aut dici potest Spiritus S. ut nugatur Surenckfeldius, in Confess. magn. part. 1. ita

ita scribens: Caro Christi habet supernaturale initium, ex semine patris sui h. e. Spiritus S. quem errorem hausit ex perversa interpretatione locorum modo allatorum & similium, quorum dictorum sensus nequaquam est, quod Christus secundum humanam naturam ortum suum habeat ita à spiritu sancto, sicut homo ex semine patris sui ortum habet: non enim particula ex causam materialem semper designat, sed sepe etiam causam efficientem ut Rom. 11. v. 36. ἐξ αὐτῶν (Ἰησ.) τὰ πάντα h. e. omnia Deum authorem habent.

Hoc ergo volunt dicta illa à Survenckf. detorta, Spiritum S. esse Causam efficientem seu authorem sanctæ illius conceptionis. Conceptus igitur est Christus secundum carnem de Spiritu S. non ut patre ex sua substantia gignente, sed conceptionem operante, & massam in utero Mariæ sanctificantem. Taceo absurda & ἀπίστον ex somnio Survenckf. catervatim profluentia. 1. enim negatur veritas humane naturæ. 2. Christus duo patres assignantur. 3. Spiritus S. corporeus fingitur, & nequid addam. V. Lob. th. 26. disp. 4. in A. C. Winkel. p. 243. tom. 2. Gif. Thum. p. 80. in Cap. 1. Matth.

At quomodo tota SS. Trinitas unionis personalis causa est? Resp. quoad decretum & formationem carnis, non quoad terminum: tota ergo Trinitas incarnat, non incarnatur. Thum. p. 29. disp. de dict. 1. Tim. 3. 18.

Materiam unionis personalis docendi gratiâ dico naturam Divinam & humanam.

Natura divina hoc loco non accipitur ἀπλῶς, ut in patre simul, & filio & spiritu sancto est, sic enim non dicitur incarnata, aliâs tota S. Trinitas incarnata crederetur, quod absit: sed ἐκείνῳ κατ' ἰδίον ἑσῶν ὑπαρξῶν in persona solius filij considerata. breviter: intelligitur hæc Divina natura genita, quam ut cognoscamus plenius, subjungo ejus 1. ὀνομασθῆναι. 2. παρὰ τὸ ἁγίασμα.

8  
ὄνομα. perpendet attributa ei in sacris nomina, eorumque  
rationem addet.

Inter nomina natura divina genita in s. codice assignata  
hæc præcipua sunt:

1. Dicitur filius ps. 2. 7. filius Dei Gal. 4. 4. 1. Iob. 3. 8.  
filius unigenitus Job. 1. 14. cap. 3. 16. filius proprius Rom. 8.  
32. idq; ob æternam ex substantia patris generationem psal. 2.  
qua nihil aliud est quam æterna & arcana productio, quæ pa-  
ter æternus filium coæternum ineffabili modo producit, eumque  
de essentia divina unica sic participare facit, ut cum patre  
unum sit, & unum rectè dicatur. Meisn. p. 438. cont. Socin.

Hæc quomodo facta sit omnem humana rationis aciem  
longè superat, mirari ergo hæc decet, non rimari. Philippus &  
qui eum sequuntur, dicunt patrem cogitando genuisse filium:  
impugnat hanc assertionem Flacius: Hutt. p. 107. L. C. sta-  
tuit illam ferendam esse, si Philippus non tam modum genera-  
tionis illâ exprimere voluerit, quam saltem adumbrare.

2. natura divina genita dicitur ὄνομα Joh. 1. v. 1. & c.  
quæ appellatio hæc non significat verbum ~~ὄνομα~~, ut bla-  
spemant Anti Trinit. sed ~~ὄνομα~~, ut ex textus Johanni-  
tici inspectione liquido patet. V. Hutt. p. 109. L. C.

Verum cur ita appellatur filius Dei? Resp. ὄνομα signi-  
ficat & rationem & verbum: utraq; significatio aptè congruit  
filio Dei, rectè enim Basilius: quare dicitur ὄνομα? ut osten-  
dat, quod ex mente prodierit, & sit imago genitoris, totum in  
se ostendens genitorem, & existens propriè, sicut & noster  
sermo effigies est totius cogitationis, hinc filius dicitur sapien-  
tia patris Prov. 8. 22. Consiliarius Es. 9. 7. itemq; interpret &  
orator proferens Evangelion, & patefaciens arcanum consi-  
lium Rom. 16. 25. Mentz. p. 73. tom. 3. Marp.

3. Natura Divina genita dicitur εἰς ὄνομα τῆς πατρὸς 2. Cor. 4.

4. εἰς ὄνομα τῆς ἱεῖς Col. 1. 15. quid ita? quia εἰς ὄνομα notat veram &  
vivam

vivam imaginem nempe substantialem, qualis est patris in fi- 9  
lio ipsi per omnia simillimo V. Mentz. p. 74. d. l. hinc qui vi-  
det filium, videt quoque patrem. Ioh. 14. 9.

4. Filius Dei vocatur ἀπαύλαστος ἢ δόξας Jē Heb. 1. 3.  
quia patris gloria in filio emicat, & ut Ambrosius ex Origene,  
loquitur: Comprehendi non potest, quod splendor luce sit po-  
sterior, aut lux splendore antiquior, nec separari possunt.

5. Filius Dei vocatur χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ  
(πατέρος) Heb. 1. 3.

Quaritur hic: An filius sit Character essentia, an verò  
personæ patris? D. Mentz. p. 75. tom. 3. Marp. & multi alij  
asserunt, filium esse characterem essentia patris. D. Hutt. p. 99.  
L. C. statuit illum esse characterem personæ patris. Concilia-  
tionem Vid. apud D. Meisn. p. 411. part. 2. Job. Phil.

Hac de essentia divina genita nominibus, earumque ratio-  
nibus. Pergo ad περὶ ὑποστάσεως, quæ defendit 1. ejusdem verita-  
tem, 2. personalitatem.

Veritatem Divina natura genita & incarnata invictò  
syllogismo demonstrat D. Mentz. p. 78. T. 3. Marp. p. 21 tom. 1.  
Gis. p. 54. Exeg. A. C. unde quadam huc ascribere lubet.

Patet autem veritas illa. 1. quia Christus secundum  
illam in scriptura expressè & absolutè Jehova & Deus vo-  
catur Jer. 23. 8. ψ. 45. 7. 8. Heb. 1. 8. Ioh. 1. 1. cap. 20. 28. Rom. 9.  
5. 1. Ioh. 5. 20.

Excipiant Photiniani, etiam altare Moysi Ex. 17. v. 15. &  
Gideonis Judic. 6. 24. dici Jehova: & magistratus appellari  
Deos ψ. 82. Resp. ad primum, vocari ita altaria non absolutè  
sed ἕνεκα, quatenus videlicet erant memoriale beneficij à Deo  
præstiti vel nota gratiosa Dei præsentia. Ad 2. magistratus  
appellari Deos non propriè sed metaphoricè, quatenus Divino  
officio funguntur, & Dei vices in terris gerunt. Theod. p. 300.  
inst. Cat. B II. Quia

II. Quia Christus insignitur attributis & epithetis soli vero Deo proprijs. dicitur aternus prov. 8. 22. Ioh. 1. 1. Heb. 13. 8. Apoc. 1. 17. immutabilis Heb. 1. 11. Omnipotens Matth. 11. 27. cap. 28. 18. Ioh. 3. 35. Omniscius Ioh. 2. 25. c. Matth. 9. v. 4. Omniprasens Matth. 18. 20. cap. 28. v. ult. super omnia benedictus Rom. 9. 5. pl. V. apud D. Mentz. Excipiat forte aliquis: etiam humana Christi natura est omnipotens, omniscia; omniprasens, quod allegatis dictis probari solet. Resp. Sic est, ut videbimus suo loco: sed quid inde? E. inquis, & humana natura erit natura Deus. Resp. N. C. Nam humana natura non est omnipotens, & c. ex se & per naturam, sed per unionis personalis gratiam, cujus majestatis particeps fieri non potuisset, nisi  $\delta \lambda \gamma \theta$ , cui personaliter unita est, eam haberet per naturam & essentiam: & sic invertitur argumentum.

III. Quia Christus opera merè divina propria virtute & voluntate liberà ad suam gloriam efficit, hinc  $\delta \rho \omega \iota \alpha \varsigma$  cum patre operari affirmat Ioh. 5. 19. Vide ipsi ascriptam creationem & conservationem rerum Psal. 33. prov. 8. Ioh. 1. Col. 1. de alijs operibus, ut & miraculis ad propriam gloriam Ioh. 2. 11. editis, tota s. scriptura apertè testatur.

Excipiunt Photin. Christum saltem esse instrumentum creationis & conservationis, idq; ex partic. per, quæ Ioh. 1. 3. & partic. in, quæ Col. 1. 16. habetur, probare contendunt. Resp. ergone Deus instrumento indiget? ergone causa sociæ creationis est, & in operis sui consortium instrumentum admittit? quomodo verò Christus, si saltem instrumentum est actionum divinarum,  $\delta \rho \omega \iota \alpha \varsigma$  se cum patre operari dicit? Vocula igitur (per & in) non servile organon notant; sed ordinem saltem personarum designant. Dicitur verò pater per filium creare, 1. quia filius est sapientia patris: atqui pater per sapientiam suam

suam operatur. 2. quia vim illam, per quam filius creat, pater  
per generationem ipsi communicavit, hinc dicit se non posse fa-  
cere ex se quicquam, nisi quod vidcrit patrem facientem Ioh. 5.  
19. V. Balduv. quest. 7. in cap. 1. Col.

IV. Quia Christus secundum Divinam naturam  
est verus, proprius, unigenitus æterni patris per æternam  
generationem filius. Rom. 8. 32. Ioh. 1. 18. cap. 3. 16.  
Psal. 2. 7.

Excip. Photin. Christum esse filium Dei non naturalem,  
quia naturalis filius nuppiam in scriptura appellatur; sed ad-  
optivum. Resp. Si est adoptivus saltem, quomodo per genera-  
tionem Psal. 2. 7. ? Sicut filij Dei per verbum & sacramenta  
quotidiè generantur, inquis. Resp. hoc fit in tempore, & gra-  
tiosè: At generatio filij Dei est æterna. Mich. 5. 2. & est filius  
proprius Rom. 8. 32. quod idem est, ac naturalis. Et quomodo  
illum scriptura unigenitum diceret, si gratiosam generationem  
cum fidelibus communem haberet? V. Mentz. pag. 57.  
Exeg. A. C.

V. Quia Christus secundum divinam naturam est  
cum Deo patre unum. Ioh. 10. 30. 1. Ioh. 5. 7.

Excip. Photin. ad locum Ioh. 10. Intelligi ibi unitatem  
consensus, non essentia, quod probare nituntur ex vers. 21. cap.  
17. Ioh. ubi Christus patrem rogat, ut fideles unum sint, sicut  
pater in illo, & ipse in patre, & v. 23. inquit Christus: ut unum  
sint, sicut & nos unum sumus. Iam verò hîc intelligitur unitas  
consensus. E.

Resp. oritur error ex partic. *εἰς*, quæ hîc non significat  
æqualitatem, sed qualemcumq; similitudinem unitatis illius quâ  
credentes sunt unum, cum unitate, quâ pater & filius unum  
sunt; quemadmodum Deus jubet, ut simus sancti, sicut ipse  
sanctus est. Lev. 11. Ut simus perfecti sicut ipse perfectus est, ut

12 *simu misericordes, sicut ipse misericors. Luc. 6. 39. An hinc licet colligere, homines ad æqualitatem sanctitatis, perfectionis, & misericordie Divina posse aspirare? V. D. Gerb. disp. de dicto. 1. Joh. 5. 7.*

*Ad locum 1. Joh. 5. v. 7. excip. Intelligi ibi unitatem testimonij, non essentia, quod sic probare student: qualis est unitas testimonij terrestrium v. 8. talis etiam unitas testimonij cælestium. Atqui illorum unitas est unitas saltem testimonij. E.*

*Resp. magna est diversitas phrasewn: de testibus cælestibus dicitur:  $\alpha\gamma\alpha\ \delta\epsilon\ \iota\sigma\iota\ \alpha\gamma\alpha\ \epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\sigma\iota$ : de testibus verò terrestribus:  $\alpha\gamma\alpha\ \iota\sigma\iota\ \alpha\gamma\alpha\ \epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\sigma\iota$ . V. D. Gerb. d. l.*

*VI. Quia Christus Divino cultu soli Deo debito afficitur: jubemur eum timere 1. Cor. 10. 9. & in eum credere Joh. 14. 1. & sperare 1. Tim. 1. 1. eumq. adorare Psal. 2. 12. Rom. 14. 11. Heb. 1. 6. Quod excip. adversarij. de cultu saltem civili, illud facile profugatur.*

*Firmiter igitur credimur & confitemur, Christum secundum naturam ex substantia patris genitam, esse verum Deum, Deo patri suo  $\delta\iota\sigma\tau\alpha\sigma\iota$  nov: & è contra Arrianorum, Photinianorum & quorumvis hæreticorum, divinitatem filij Dei vel directè vel obliquè impugnantium blasphemias toto animo detestamur.*

*In contrarium offerunt adversarij. 1. detorta & depravata à se scriptura dicta. 2. cæca rationis somnia: hæc tanquam ex alieno foro adducta nihil moramur, de illis in ipsa  $\alpha\gamma\alpha\ \delta\epsilon\ \iota\sigma\iota\ \alpha\gamma\alpha\ \epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\sigma\iota$  forte dabitur disserendi copia.*

*Progredior nunc ad filij Dei personalitatem demonstrandam. Esto syllogismus: Cuiusq. competit personæ definitio, illi quoque competit definitum.  $\tau\omega\ \iota\sigma\iota\omega$  seu filio Dei competit personæ definitio. E. Assumpti, probatur: quia persona est 1. subsistens. 2. vivum. 3. individuum. 4. intelligens.*

*5. nov:*

5. non sustentatum ab alio. Filius Dei talis est. E. Vñ rur-  
sum probari assumptionem? attende:

13

1. Quicumq; omnes res creavit, & sustentat, ille est per se  
subsistens. Filius Dei omnes res creavit, & sustentat, ut supra  
probatum. E.

2. Quicumq; est vita ipsa essentialiter, & omnibus vitam  
dat, & credentes vivificat, ille est verè subsistens vivum. Fi-  
lius Dei talis est, & hoc facit Joh. 14. 6. & cap. 6. E.

3. Quicumq; ab alijs realiter distinguitur, & propria  
virescit, subsistit, ille est subsistens individuum. Filius Dei hoc  
facit V. Joh. 1. 1. Cap. 10. 30. cap. 5. 17. E.

4. Quicumq; est sapiens, imò ipsa sapientia, & omniscius,  
ille est intelligens. Filius Dei talis est, ut visum supra. E.

5. Quicumq; omnia sustentat, ille non sustentatur ab  
alio. Filius Dei omnia sustentat, V. supra. E.

Credimus igitur & confitemur, Filium Dei esse personam  
per se subsistentem, & contra Samosatensianorum & Servetia-  
norum impietatem execramur.

Antequam hinc abeamus, inquirere placet: Num sola  
persona filij Dei, an verò etiam ejusdem Divina natura  
sit materia unionis hypostaticæ h. e. an sit incarnata?  
Calviniani solam personam filij Dei incarnatam esse statuunt:  
nos reale discrimen inter personam τὸ λόγος, & divinam na-  
turam τὸ λόγος non agnoscimus, & proinde tam naturam  
ejus divinam, quam personam incarnatam esse asserimus, ha-  
bitat enim πῶς ἀλόγως τὸς θεότητος ἐν χεῖρσιν σωματικῶς.  
Col. 2. 9. Et quid in hoc mysterio est decantatius, quam voca-  
re in Christo unionem duarum naturarum?

At, inquit cum Dancò: natura Divina τὸ λόγος est ipse  
communis cum Patre & Spiritu S. E. & pater & Spiritus S. in-  
carnatus est. Resp. Distingue inter naturam divinam  
ἀλόγως, καὶ σχετικῶς, consideratam Communiter & absolutè  
dicta,

B 3



dicta, ut est in Patre, Filio & Spiritu S. non dicitur unita natura humana: sed relatè & determinatè *καὶ ἰδίῳ ἑαυτοῦ ὑπόθεσι* in persona solius filij, incarnata à nobis piè creditur.

Obtendis porrò cum Pezelio: Natura divina τὸ ἄπειρον & infinita. E. nullibi conclusa, & per consequens non incarnata. Resp. unitam eam dicimus humana natura, non conclusam. Sed annon & persona filij Dei infinita est? si ergo infinitas divine nature unionem impedit, divina quoq; τὸ ἄπειρον τῆς οὐσίας illam impediet. Quid verò ex hoc dogmate sequeretur? hoc sc. nullam factam esse unionem personalem. Impium! V. Hutt. p. 139 L. C. Mentz. p. 19 tom. 1. Gif. Gifenz. p. 477. tom. 6. Gif. & hæcenus de Divina Christi natura.

Converto me nunc ad naturam humanam, qua hic non *καὶ ἰδίῳ*, neq; in specie, sed in individuo consideratur, nempe hæc massa natura humana ex Maria assumpta.

Hanc perpendemus secundum actum naturalem, & personalem. Actum naturalem voco, quando humanam naturam consideramus non quidem à τῷ ὄντι separatam, distinctam, tamen, & quide in se, ex se suisq; proprietatibus habeat aut possit. Sled. th. 5. disp. 16. de Christ. V. Hutt. p. 181. L. C. Mentz. p. 35. Tom. 1. Gif. Meisn. p. 955. sub. phil. part. 1. In hoc actu occurrunt natura. 1. substantia. 2. propria. Substantia postulat defensionem. 1. veritatis. 2. integritatis. Veritas humanae Christi natura demonstratur:

I. quia disertè, verè, & propriè appellatur homo Luc. 23. 47. 1. Tim. 2. 5. Caro Ioh. 1. 14. filius hominis Dan. 7. 13. Matth 8. 20. semen mulieris Gen. 3. 15. semen Abrahæ Heb. 2. 16. Filius David Matth. 1. 1. ex patribus secundum carnem. Rom. 9. 5. filius Mariae Matth. 1. 16. Luc. 1. 31. & alibi.

II. Quia ei tribuuntur partes hominis essentielles, anima rationalis & corpus, ut infra videbimus, & proinde definitio hominis ei competit.

III. Quia

III. Quia tribuuntur ei propria *μηδὲν* hominis: profecit sapientiā & atate Luc. 2. v. ult. Contristatus, lachrymans & turbatus est Matth. 26. 38. Luc. 19. 41. hinc Epist. ad Heb. illum per omnia fratribus similem factum esse affirmat. cap. 2. 17.

IV. Quia ei tribuuntur operationes humanæ: in statu exinanitionis, intelligit, vult, eligit, loquitur, docet, edit: in statu gloria, actu intelligit, actu vult, conversatur in caelis beatus angelis & hominibus, rediturus visibiliter ad iudicium.

Confitemur itaq; Christum esse verum hominem nobis consubstantialē, & è contra somnia Manichæorum & Priscillianistarum Phantasiam, & Valentinianorum, Marcionitarum, & Surenckfeldianorum ἑτεροτίτων damnamus.

Valentiniani, qui caeleste corpus immediatè creatum, per Mariam tanquam per canalem sine ulla assumptione derivatam Christo assignant, pro delirio suo palliando adducunt illa scripturae loca, quæ Christum de caelo descendisse affirmant, ut Ioh. 3. v. 13. filius hominis de caelo descendit, Ioh. 6. si ego sum panis vivus, qui de caelo descendi.

Hæc & similia dicta à fanaticorum corruptelis sunt vindicanda, propriusq; eorum sensus investigandus. Respondeo ergo 1. illa secundum quid esse intelligenda, nempe respectu unitatis personæ Christi, ob quam de tota personâ verissimè enunciatur id, quod unius naturæ duntaxat est proprium, ut in. 1. genere communi. idiom. patebit. V. Hutt. p. 124. L. C. 2. Respondeo cum D. Winck. p. 503. Tom. 1. *Ἔστι* non falsum est, Christum secundum naturam humanam de caelo descendisse, quatenus sc. phrasis illa exinanitionem Christi complectitur. V. Balduv. th. 47. disp. 1. de pane Vit. ὁ λόγος ἰgitur de caelo descendit in carnem, caro Christi de caelo descendit in crucis mortem.

Ex

Ex hæcenus dictis Eutychnianorum quoq; furor aperte refutari potest, qui nugabantur, humanam Christi naturam statim post unionem person. à divinitate esse absorptam & in nihilum redactam, ita ut nihil præter divinitatem remanserit. Cui affine est Sovenckfeldij somnium, idem ferè de humana Christi natura in statu gloria statuentis. His præter alia scriptura testimonia oppono Christi post resurrectionem, imò post ascensionem apparitiones, & visibilem ad iudicium reditum. V. D. Wink. p. 265. tom. 2. Gif.

Vidimus humana Christi natura veritatem, contemplemur quoq; & defendamus ejusdem integritatem, complectentem duas partes essentielles, corpus & animam.

De corpore testantur passim scriptura dicta Matth. 26. 26. cap. 27. 58. Marc. 14. 8. Luc. 22. 19. Joh. 2. 21. Sic etiam sæpius fit mentio carnis, sanguinis, osium, manuum, oculorum, oris &c. U. Mentz. p. 60. Exeg. A. C. Similiter de anima Christi occurrunt dicta clarissima, quorum aliquot contra hæreticos, à quibus illa totaliter, vel partialiter fuit negata, mox citabimus.

Totaliter anima Christi negata est ab Arrio, qui carnem Christi *ναρτν ἀποχον* esse contendebat: partialiter ab ijs, qui animam rationalem Christo denegant, eamq; totam, ut Apollinarius, qui Deum *δύο* loco mentis esse somniabat: vel alteram facultatem, ut Monotheletæ voluntatem Christi hominis impugnant.

Arrio oppono dicta illa script. de anima Christi aperte loquentia ut Matth. 20. 28. cap. 26. 28. Luc. 23. 46. Joh. 12. 27.

Apollinari & Monotheletis consideranda propono illa loca, quæ facultates animæ rationalis astruunt: intellectum probat vers. 51. cap. 2. Luc. ubi sapientiâ Christus puerulus profecisse scribitur. Voluntatem asserit vers. 39. Cap. 26. Matth. vers. 30. Cap. 5.

Cap. 5. Joh. Adde quoddam solum corpus non constituit homi- 117  
nem, sed presentiam animæ rationalis requirit, nisi quis forma-  
tum sine forma somnare velit. Claudat hoc membrum nobile  
Nazianz. dictum: τὸ ἀπὸ σαρκὸς ἀπὸ πνεύματος, ὁ δὲ ἦν ἡμεῖς  
τὸ θεῖον, τὸ τὸ ἡμεῖς σαρκῶς. Vid. Hutt. p. 123. L. C. Lobeck.  
th. 54. disp. 4. A. C.

Licet verò humana Christi natura sit verissima & per-  
fectissima, non tamen est persona, aliàs duo agnoscendi essent  
Christi, quod absit: sed est ἐνωμένη, subsistens ἐν τῷ πνεύματι τῷ  
θεῷ: personata igitur est, non persona. V. Haf. p. 271. Mentz.  
p. 33. tom. 1. Gif. p. 218. Anti Sad. Hutt. 138. L. C. Meisn. p. 509.  
cont. Socin.

Hactenus de humana natura substantia: sequuntur pro-  
pria, quæ sunt suo modo essentialia, & accidentalia.

Suo modo, id est, improprie (sic ea vocat Hutt. p. 124. L. C.)  
essentialia sunt, quæ essentiam constitutam consequuntur, ut  
sunt: loco circumscribi, ex certa quadam distantia posse  
videri, posse palpari &c. hæc statuimus à θεῷ ita esse assum-  
pta, ut non necessitatis, sed liberrima voluntatis illud fuerit.  
Hutt. d. l.

Queritur hic: An locari, videri, & palpari sint essen-  
tialia idiomata constituenta ipsum τὸ ἡμεῖς veri & naturalis  
corporis humani? Affirmativam Calviniani, negativam  
orthodoxi eligunt, hac additâ ratione: Idiomatica essentialia,  
τὸ ἡμεῖς corporis humani constituenta, semper predicantur de  
suo subjecto, nec unquam ab eo separari possunt. Locari, videri,  
& palpari non semper predicantur de corpore Christi, sed pos-  
sunt abesse ab eo. E.

Aff. probatur: quia locatio abest à corpore Christi supra  
cælos existente Eph. 4. 10. quia supra cælos non est locus. Visio  
& contrectatio quoque de corpore Christi etiam in statu infirmi-  
tatis dici non semper potuerunt, factum enim aliquando à Par-  
tibus

C

18. *ἡν ἡμεῖς ἀνατίθεν* Luc. 4. 30. Joh. 8. 59. *malitè minus jam de corpore Christi in statu majestatis necessario predicantur. pro explanatione verò pleniori observetur distinctio inter potentiam & actum: Corpus Christi glorificatum ita quidem comparatum est, ut locari, videri, & palpari possit, si velit; verum ussemper actu tale sit, necessarium esse negamus. V. Hutt. p. 125. L. C. Eckh. p. 67. fasc. Meisn. p. 735. part. 1. sob. phil.*

*Propria accidentalia cum D. Hutt. p. 124. voco illa, sine quibus humana natura suam quidem speciem salvam & integram retinet, sed sine quibus hac quidem in vita vix ejus qualitas & conditio rectè cognosci queat.*

*Hac iterùm duplicia constituo, vel enim sunt naturales infirmitates, vel dona creata.*

*De infirmitatibus naturalibus ita statuiamus: Cum humana Christi natura non modo sit ἀναπαράτος, sed etiam cum λόγῳ personaliter unita, utiq; ex natura conditione neq; passionibus, neq; infirmitatibus ullis, nedùm morti fuit obnoxia: sed quia genus humanum per Christum à mortè & aeterna damnatione non nisi per acerbissimas passiones & ipsam mortem redimi poterat, ideò Christus istus quoq; infirmitatibus ultrò se subjecit, verè enim tulit languores nostros, & dolores nostros ipse sustinuit Es. 53. 4. V. Hutt. p. 125. L. C.*

*Dona creata sunt virtutes & qualitates; qua humana natura Christi insant formaliter, habitualiter, subjectivè, ut sapientia, justitia &c. ubi singulares in Christo prerogativas agnoscimus. V. Mentz. p. 221. Antisad.*

*En tibi actum humana Christi natura Φυσιον: spaciare mecum ad actum ὁμοσεληγον, quem voco illum, quando non amplius considero, quid natura humana ex se suisq; proprietatibus habeat & possit, sed quid ex unione personali cum λόγῳ sortita sit. Sled. diss. 10. th. 6. de Christi. Neq; tamen hic actus personalis evincit*

vincit naturam humanam esse personam, sed tantum, eam esse  
personaliter τὸ ἰδίῳ unitam Mentz. p. 35. tom. 1. Gif.

Hic actus fides est in oculis Calvinianorum, itaq; eum  
negare totis viribus annuntur, quibus respondeo gravissimis  
D. Mentz. verbis p. 35. tom. 1. Gif. qui, inquit, duplicem in  
natura Christi humana actum negant, ipsam negant unionem  
hypostaticam, quicquid preterant.

Imò in scriptura apertissime fundatus est hic actus, quod  
sic probo: Humana natura subsistit in infinita ~~causa~~  
τὸ ἰδίῳ, nega si potes. pergo: subsistentia hac competit humana  
natura aut naturaliter aut personaliter. Naturaliter ei com-  
petere nemo sanus dixerit. E. personaliter. Vides ergo & agno-  
scis actum humana natura personalem? V. Mentz. p. 219.  
AntiSad.

At, inquit, contradictorie oppositi sunt illi actus. Resp.  
nego hoc: sed ὑποτάκτως subordinati sunt, quia ipsa causa,  
ex quibus hi actus oriuntur, tales sunt. Hutt. p. 181. L.C. Mentz.  
p. 233. AntiSad.

Habet autem natura humana ex hoc actu, ut sit omnipo-  
tens, ut sit omniscia &c. quam tractationem hic abrumpo, &  
membro de effectu unionis personalis reseruo. Unicum tamen  
hic placet proponere: An videlicet humana Christi natura  
sit intra Trinitatem?

Beza negat: affirmamus nos hoc moti argumento: Quod  
hypostasi verbi est internum, illud internum etiam est Trini-  
tati. Humana Christi natura est interna hypostasi verbi. E.

Obijcit Beza humana Christi natura est extra hypostasi  
Patris & Spiritus S.E. est extra Trinitatem. Resp. N.C. nam  
S. Trinitas in una suarum ~~imago~~ in sui consortium humani-  
tatem assumpsit. Et hac de duabus in Christo naturis, tanquam  
materia unionis hypostatica.

C.

Accin-

Accingamus nos jam ad ipsam formam, qua consistit  
in assumptione humanae naturae in unitatem personae τὸ ἕν  
per hanc enim est id, quod est, & ab omnibus unionibus sive  
essentialibus, sive accidentalibus distinguitur.

Patet hinc quam vitiosa sit ejus definitio à Sadeèle tradi-  
ta (Personalis unio, inquit, est conjunctio, quâ duae naturae si-  
mul unitae unam personam constituunt sine confusione, sine  
divisione, servatis utriusque naturae suis proprietatibus.) qua per  
omnia unioni naturali corporis & animae applicari potest. V.  
Ment. p. 279. Antisad.

Quæris autem: quomodo facta sit unio personalis? Resp.  
intellectus nostri angustiae modum illum non capiunt: interim  
dico eam factam esse realissimè & arctissimè, quod veneranda  
antiquitas vocabulo πρὸς ἑαυτὸς exprimerè voluit: quae est  
pleniissima totius in totum inpermixta tamen unio. Meisn.  
p. 115. part. 1. sob. Pil!

Duo verò scopuli satis periculosi hic fugiendi sunt; videl.  
Eutychismus, & Nestorianismus.

Contra Eutychen dicimus unionem personalem factam esse:

1. ἀρεστὰς: nam filius Dei factus est homo, non muta-  
tione divinitatis in carnem, nec conversione humanitatis in  
divinitatem.

2. ἀπορχύτως: non enim mixtione unum sunt duae na-  
turae, quâ tertium quoddam existat, nihil simplicium integrum  
servans: sed in Christo etiam in ipsa unione utraq. natura  
salva manet & integra. Haf. p. 268.

Contra Nestorum asserimus, unionem personalem factam esse:

1. ἀδιαλύτως: ita enim unitae sunt duae naturae, ut in  
ipsa morte, quando naturale animae & corporis vinculum fuit  
disruptum, solutae non fuerint.

2. ἀδιασείτως: nam post unionem inter τὸν ἕν & huma-  
nam naturam nulla datur distantia.

Refero

Refero huc Nestorianos novos gentem (scil. Calvinianam), 21  
in cuius gratiam duas propono quaestiones: prior haec sit:

An  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  post unionem sit extra suam carnem? Calviniani affirmativam ambabus amplectuntur manibus, contra quos seq. pugnamus argum.

1. Si  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  est extra carnem, aut totus, aut ex parte extra eam erit.

Non ex parte, quia partem extra partem non habet. E. totus.

Conclusio haec in scholis Calvinianorum admittitur, quare pergo:

Si totus  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  post unionem est extra suam carnem, solvitur unio personalis. Atqui secundum Calvinianos  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  totus est extra suam carnem. E. Proposit. connex. patet, quia negata forma unionis, negatur ipsa unio. Atqui forma unionis person. à Calvinianis negatur, quia Apostolus eam definit per inhabitationem totius plenitudinis divinitatis in Christo, cui inhabitationi Nestorianum extra è diametro repugnat. E.

2. Si  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  est alicubi extra carnem, habebimus duplicem  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$   $\epsilon \nu \sigma \alpha \rho \kappa \alpha \tau \iota$ ,  $\kappa \alpha \iota$   $\alpha \sigma \alpha \rho \kappa \alpha \tau \iota$ . At posterius est absurdum; E.

Excipiant adversarij, eandem esse  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  in Carne, & extra carnem, sicut unus est Deus in creaturis & extra illas. Resp. 1. cui definitio non competit, eidem nec definitum competere potest. Atqui  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  extra carnem existenti definitio unionis cum carne non competit. E. & per consequens, unus idemq.  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  esse non potest in carne & extra eandem. 2. simile de Deo extra creaturas huc non quadrat, non enim Deus unam personam cum creaturis constituit; sicut  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  cum carne.

Obijciunt:  $\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$  est infinitus. Caro est finita. E.

C. 31

$\delta \lambda\omicron\gamma\textcircled{\text{C}}$ .



22 ἡ ἰσότης ἐστὶν ἐξω τῆς σαρκὸς. Resp. fit μετὰ τὰς αἰετὰς ἀλλο γινώσκου  
non enim cæca rationis somnia huic mysterio ἰσοποῦν ἔμψυχο μα-  
γνο 1. Tim. 3. v. ult. quicquam præjudicare debent: negatur  
proinde Conseq. propter ἰσοποῦν unionis personalis, quâ fit,  
ut divinitas non magis possit esse extra humanitatem, quam  
salvâ unione naturali anima extra corpus sibi unitum esse  
potest. plura Vid. apud. D. Hult. p. 140. L. C. Mentz. p. 36.  
tom. 1. Gif. p. 282. Antisad. p. 150. Anti-Mart. p. 33. Martin.  
Elench. p. 156. tom. 7. Gif. Phil. Nicol. th. 34. de omnipres.  
Christ. Eckh. p. 72. fase. Gisen. p. 477. tom. 6. Gif.

Poster. questio ita habet: An vocabulum *πνευματικῆς συ-  
κκεντῆσεως*, gestationis & similia satis exprimant mysteriū  
unionis personalis? Calviniani hisce vocibus in definienda  
hac unione promiscuè utuntur: nos dicimus illas ex schola  
Nestorij esse petitas, & ad præsens negotium parum accommo-  
datas: rectius enim reliquis creaturis conveniunt, quam hu-  
mana Christi natura: nisi enim Deus illas sustentaret, & ge-  
reret, in nihilum redigerentur in momenso. Vid. Act. 17. 28.  
Col. 1. 17. Heb. 1. 3.

Refer quoq; huc vocabulum Conjunctionis, quod in eo, qui  
de Nestorianismo accusatur, se non facile ferre ait D. Mentz.  
p. 33. Anti-Mart. & vocabulum Copulationis, quod in Camba-  
chio taxat Heinus p. 12. disp. Cambach. oppos. Fiat quoq; ex  
hactenus dictis judicium de locutione G. ocleniana, quâ huma-  
nam naturam adjunctum τὸ ἰσὺν appellat. Vid. Meisn. p. 113.  
part. 1. sob. phil.

Restat ultima causa unionis hypostatica, nempe finalis,  
que est nostra redemptio, & cum patre reconciliatio, idcirco  
enim in plenitudine temporis ex muliere natus est Christus, ut  
illos, qui sub lege erant, redimeret, quo adoptionem filiorum acci-  
perent. Gal. 3. 4. & 5. de quo infra in offic. Christ. plenius.

Occur-

Occurrit hic quaestio nobilis: Cur mediatorem nostrum Deum & hominem esse oportuerit? ad quam breviter respondeo: Homo peccaverat, ideoq; hominem etiam pro peccato satis facere conveniebat; quia verò infinitum λόγον à finito persona h. e. ἰδίῳ ἀνθρώπου praestari impossibile erat, ideo Mediatorem Deum & hominem esse necesse erat, qui non solum pro mundi vita mori, sed etiam diaboli opera dissolvere, patris iram placare, & sufficientem nobis omnibus justitiam acquirere posset. V. D. Wink. diss. 6. tom. 3. Marp.

Non inconvenienter porrò hic queritur: An persona ἰδίου assumptione humanitatis facta sit perfectior? Resp. distinguendo res erit plana: ubi enim queritur de persona ἰδίου nondum incarnati, h. e. in se & simpliciter considerati, & tum negativè respondemus, fuit enim ὁ λόγος ab omni aeternitate Deus perfectissimus. Vel queritur de ἰδίῳ incarnato, id est, de Christo constante ex duabus naturis, & tum affirmamus humanam naturam assumptam ad integritatem personae Christi omninò pertinere. Hutt. p. 139. L. C. Addo verba D. Eckh. ex lib. de desc. ad infer. p. 139. Homo quidem, inquit, in tempore accessit Deo, quia persona, quae prius ab aeterno simplex erat, per assumptionem οὐκ ἴδιῳ facta est: verum per hanc accessionem ὁ λόγος neq; perfectior neq; beatior evasit: natura autem humana in statum beatiorum atq; perfectiorem est translata.

Habes unionis personalis explicationem ex causis: accipe eandem ex effectis.

Effectum hic voco communicationem, quae ex unione necessario resultat, ejusq; naturam & indolem semper imitatur, unde illud ὁ λόγος ἰδίῳ ἄνθρωπος: Qualis unio, talis cōmunicatio. Si igitur unio levius, levem quoq; habebis inde promanantem cōmunicationem: si unio arcta, communicationem inde habebis arctam, qualis haec nostra, ex arctissima unione personali profecta, ut infra patebit.

Accipi-

Accipitur verò hic vocabulum *κοινωνία* non transitivè, ita ut communicare nihil sit aliud, quam rem aliquam alteri, vel multis, per definitionem proprii, aut accidentis communem facere: sed intransitivè sive correlativè, ut communicare hoc loco nihil sit aliud, quam in consortium & societatem aliquid admittere, & ita sibi illud adjungere, ut communionem sive consortium cum eo habeat, eo semper gradu & respectu, quem rerum unitarum unio ipsa importat. Hutt. p. 149. L. C.

Errant, qui communicationem planè idem esse statuunt cum unione, quod patet 1. ex diversitate causa & effecti. 2. quaestionis & argumenti, nam ex communicatione judicatur de unione. quid? quod unio est reciproca, non autem omnis communicatio talis est. V. Mentz, p. 46. Tom. 1. Gif. Gisen. p. 50. tom. 6. Gif.

Est verò duplex ex unione personali orta communicatio,  
1. Naturarum. 2. Idiomatum.

Communicatio naturarum est intima & mutua naturarum *ἁπλοῦς*, propter quam Deus est homo, & homo est Deus: filius Dei est filius hominis, & filius hominis est filius Dei. Hutt. p. 144. L. C. Mentz. p. 10. Anti-Mart. Theod. p. 313.

Hæc ut sit clarior, subjungo. 1. affectiones. 2. quaestiones.

Affectiones duæ sunt: 1. Communicatio naturarum facta est in concreto, non in abstracto. rectè ergo dicitur: Deus est homo, homo est Deus; non rectè: Deitas est humanitas, humanitas est Deitas, quia, ut supra contra Eutychem probavimus, unio personalis sine conversione humanitatis in Deum, aut Deitatis in carnem facta est.

2. Affect. Communicatio naturarum est reciproca, quia unio personalis, unde fluit, talis est. quam verè ergò dico: Deus est homo, tam verè quoq; dico: homo est Deus.

Quæ

27  
Quæstiones propono seq. 1. Quid statuendum sit de propositionibus (homo est Deus, Deus est homo) ex communicatione naturarum profluentibus, siue usitatæ, an verò inusitatæ? Calviniani modo synonymicas, modo synecdochicas, modo figuratas eas esse tradunt; & varias earum solutiones afferunt: quidam, ut acuminis Calvinistici exemplum habeas, ita resolvunt: Homo est Deus, id est, hæc persona, quæ verè est homo, est etiam verus Deus: hos pios analyticos esse negat D. Mentz. p. 42. tom. 1. Gif.

Nos contra nec synonymicas eas esse statuimus, quia 1. neutra natura est de alterius essentia: quod autem predicatur univocè id predicatur essentialiter in quid. 2. quia disparatæ sunt, quæ de se invicem ουωυρµωε non predicantur: nec tropicas vel figuratas, quia tales resolvuntur in proprias, quod hic fieri nequit. Quales ergo, inquis, sunt? Resp. inusitatæ & singulares, exemplum in tota rerum natura non habentes, vocamusq; eas personales, quia arguunt unionem personalem duarum naturarum, & secundum eam sunt intelligenda & resolvenda. Gisen. p. 484. T. 6. Gif.

Queritur 2. An hæc propositiones sint verbales saltem, an verò reales? h. e. An homo sit Deus, & Deus sit homo? An filius Dei sit filius hominis, & filius hominis sit filius Dei? Resp. Calviniani eas verbales esse proclamant, per Zwinglianam àndwion explicandas: nos eas realissimas esse confitemur, idq; propter scripturæ loca apertissima, ut sunt Matth. 16. 16. filius hominis est filius Dei vivi Luc. 1. 36. sanctum quod ex te nascetur filius Dei vocabitur. Jer. 23. 5. Germen Davidis est Jehova, . Job. 1. 14. verbum caro factum est & similia. An verò scripturam nuda verba & titulos sine re nobis exhibere putamus? absit: quicquid in ea docetur, veritas est.

Ergone, inquis, Christus etiam secundum humanitatem est filius Dei?

D

Resp.

Resp. est omnino, non quidem naturaliter, ut ἰδὲ: nec per adoptionem saltem, qui modus illis competit, qui per aquam & spiritum sunt renati Ioh. 3. 5. qui per fidem ex Deo nati sunt Ioh. 13. qui spiritu Dei ducuntur Rom. 8. 14. sed per modum quendam singularem h. e. personaliter. V. Hutt. p. 146. L. C. Mentz. 230. tom. 6. Gif. Gifsen. p. 377. ibid.

Præcipuum quod Calviniani contra hanc doctrinam nostram afferunt est illud, quod scilicet hac ἰσχυρία naturarum confusionem invehī verentur. Resp. utinam tam studiosè devitarent Nestorianam naturarum solutionem! Eutychiānam confusionem hic frustra timent: aliud enim est communicatio, aliud confusio: hanc damnamus, illam defendimus. Imò cum confusione ἰσχυρία hac stare nequit, quia ea ad minimum est inter duo: non autem duo, ubi confusio. Tantum de communicatione naturarum.

Succedit communicatio idiomatum, de qua agemus. 1. in genere. 2. in specie.

In genere videbimus. 1. nomen. 2. rem.

Nomen quod attinet sciendum per idiomata nihil hic intelligi aliud, quàm differentias illas naturarum, quibus tantquam notis & characteribus quibusdam naturæ à se invicem discernuntur & dignoscuntur. De vocab. communicationis vid. supra.

Res ipsa complectitur. 1. definitionem. 2. definitionis dilucidationem.

Definitionem tradimus hanc: Communicatio idiomatum est ex unione hypostatica orta realis & personalis propriorum divinæ & humanæ naturæ participatio, facta in Christo ἰσχυρία ab alterutra vel utraq; natura simul denominato. Mentz. p. 48. tom. 1. Gif. Theod. 313.

Definit. hujus dilucidationem ponimus in questionibus nonnullis, quas ordine subjungo.

1. Quæ

1. *Quaritur: An Communicationis idiom. genus exquisitum sit prædicatio?* Resp. negando: nam vocab. secundæ intentionis non potest esse genus in definitione vocab. primæ intentionis. Prædicatio est vocabulum secundæ intentionis, communicatio idiom. primæ. E. illa non potest hujus generis esse.

2. *Quaritur: An Communicatio idiom. sit realis?* Resp. affirmamus nos seq. argument: 1. Qualis est unio, talis quoq. est communicatio. Atqui unio personalis est realissima. E.

2. Quicquid in assumptione humana natura in unionem venit, illud venit etiam sub communicationem. Atqui non nuda natura, sed proprietatibus suis instructa venerunt sub unionem. E. Ultramq. præmissarum. vid. probatam apud D. Hutt. p. 149. L. C.

3. Qualis est  $\kappa\omicron\iota\upsilon\omega\nu\alpha$   $\kappa\omicron\iota\omega\sigma\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\omega\varsigma$ , talis quoq. est  $\kappa\omicron\iota\omega\sigma\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\omega\nu\alpha$   $\iota\delta\iota\omega\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ . Sed illa est realissima. E.

4. Infimus unionis gradus est, ubi unita sibi nihil mutuo communicant, ut quando duo asseres conglutinantur. Atqui unionis personalis gradus est summus & ineffabilis. E. inde communicatio oritur necesse est. plura argum. vid. apud D. Hutt. p. 149. L. C. & Eckh. p. 87. fasc.

Orthodoxæ huic sententiæ summis viribus sese opponunt Calviniani quorum argumenta omnia hic recensere nostri non est instituti; unum tamen atq. alterum videamus.

Primum locum facile meretur illud à natura proprii peti- tum, quod ita informari potest: Quicquid priorum natura repugnat, illud non est asserendum. Atqui communicatio priorum natura repugnat. E. Ass. probant: quia proprium esse, & communicari contradictionem implicat.

Resp. 1.  $\kappa\omicron\iota\omega\sigma\iota\sigma\tau\omicron\upsilon\omega\nu\alpha$   $\tau\acute{\epsilon}$   $\iota\delta\omicron\upsilon\varsigma$  annon est humana natura

D 2

commu-

communicata? nega si placet, & totum unionis personalis  
mysterium negaveris. Subsumo, at qui ~~com~~ illa est ~~id~~ ~~de~~  
propria. E. propriam potest communicari. Vides ergo communica-  
tionem natura priorum non simpliciter repugnare? 2. di-  
stinguimus inter subjecta ~~ad~~ ~~du~~ ~~ca~~ ~~sa~~ & ~~ad~~ ~~du~~ ~~ca~~ ~~sa~~ ~~du~~ ~~ca~~ ~~sa~~; in-  
ter illa priorum communicatio non est, inter hac verò est,  
ut ex similitudine anima & corporis, ignis & ferri & c. patet.  
3. distinguimus inter modum communicationis qui fit per ~~pe~~  
~~ter~~ ~~ca~~ ~~sa~~ ~~on~~, & inter modum qui fit per ~~ad~~ ~~du~~ ~~ca~~ ~~sa~~ ~~on~~: hunc urgemus,  
illum repudiamus. Vid. Meisn. p. 68. part. 1. sob. phil. Eckh.  
p. 107. fasc. Hutt. 151. L. C. Menz. p. 122. Antisad. Haf. 322.  
Object. 2. Si communicatio idiomatum est realis, etiam essen-  
tialis est. Atqui posterius est falsum. E.

Resp. quasi verò reale & essentielle sint ejusdem ambitus!  
sic arguo: unio personalis est realis: annon? imò inquis. quis  
verò inde inferat: ergo est essentialis? proinde reale longè  
latius patet, quam essenziale, & idem hic sonat, quod verum,  
& fictitio sive verbali opponitur.

Object. 3. Quodcunq; dogma naturarum confusionem  
importat: illud est falsum. Dogma de reali communicatio-  
ne idiom. hoc facit. E.

Resp. assumptio falsa est, nemo enim orthodoxorum  
unquam affirmavit, propria naturarum communicatione eva-  
dere communia: sed cuius natura proprium est, eju manet  
proprium, distinctum ab ea natura, cuius proprium non est.

Instant: Contraria sunt realis distinctio, & realis com-  
municatio. E. Si proprietates in ipsa unione adhuc sunt &  
manent distincta, earum communicatio est neganda. Resp.  
realis distinctio & realis communicatio pugnant, non distin-  
ctio & communicatio. Plures adversariorum ratiunculae  
ami to.

2. Quae

3. *Quaritur*: Num sit eadem omnis communicationis ratio? an verò sint distincta communicationis idiom. genera? *Resp.* posterius affirmatur: aliud enim attributionis genus est, quando predicatum secundum alterutram, aliud quando secundum utramq; naturam de subjecto dicitur. *Eckh.* p. 96. fasc.

4. *Et ultimò quaritur*: Quot sint genera Communicationis idiom.? *Resp.* verbis *D. Mentz.* p. 49. *Tom. 1. Gif.* Quicquid in universa scriptura per communicationem idiomatum de Christo dicitur, ad harum classium aliquam referri rectissimè potest. I. aut de eo prædicantur naturales proprietates & operationes singularum naturarum. II. aut divina gloria & majestas, quæ in tempore Christo homini donata est. III. aut ~~divina~~ sive effecta, utriusq; naturæ cum communicatione agentis in officio mediatoris. *Inde consequitur*, tria esse communicationis genera constituenda.

*His ita in genere præmissis, de tribus hisce generibus in specie agere aggredior.*

*In describendo primo genere, quod  $\kappa\alpha\iota$   $\epsilon\iota\chi\theta\eta\nu$  ita appellatur, non per omnia conveniunt nostrates: aliam enim ejus descriptionem invenies apud *Haf.* p. 313. aliam apud *Hatt.* p. 157. *L. C.* aliam apud *Mentz.* p. 50. *tom. 1. Gif.* & alibi passim, & hac ita habet: primum genus communicationis idiomatum vocatur, quando propria naturarum communicantur toti personæ in concreto, ubi interdum per particulas distinctivas suis naturis vindicantur.*

*Quemadmodum enim idiomata animæ & corporis homini tribuuntur: ita proprietates naturarum in Christo, personæ assignantur.* *Mentz.* p. 315. *Antisad.*

*Exempla hujus generis in quinque classes redigi possunt, ut vid. re. est apud *D. Gisen* p. 566. *Tom. 6. Gif.**



Ut verò hoc primum genus fiat illustrius, subnecto 1. affectiones, 2. quaestiones.

Affect. 1. in primo hoc genere communic. idiom. concretivæ tantum locutiones obtinent: rectè enim dico: Deus est natus, passus; non verò: Deitas est passa. Hutt. p. 155. L. C.

Affect. 2. primum genus communic. idiom. est reciprocum, ut verè dicere queam: filius Dei est mortuus, filius Mariae est immortalis. Hutt. p. 157. L. C.

Quaestiones itidem occurrunt duæ, quarum prior est illa classica: An scil. Deus, seu filius Dei realiter pro nobis sit passus, crucifixus, mortuus? Calviniani propositionem hanc: filius Dei est passus, per *ἀιδόωσιν* suam, quam *larvam* diaboli vocat D. Lutherus, exponunt, & in hunc resolvunt modum: filius Dei est passus h. e. humana filij Dei est passa: V. Mentz. p. 52. tom. 1. Gis.

Nos Deum seu filium Dei realiter passum esse credimus & confitemur, idq; probamus hisce argum.

1. Sumitur à manifestissimis scripturæ dictis, quibus affirmatur, quod author vitæ sit interfectus Act. 3. 15. quod Deus proprio sanguine acquisiverit Ecclesiam Act. 20. 28. quod reconciliati simus Deo per mortem filij sui Rom. 5. 10. quod Deus proprio filio non pepercerit, sed illum pro nobis omnibus tradiderit Rom. 8. 32. quod Dominus gloria sit crucifixus 1. Cor. 2. 8. quod sanguis filij Dei emundet nos ab omni peccato. 1. Ioh. 1. 7. Qui verò hac & similia scripturæ dicta nuca verba sine re habere affirmat, ille Spiritum S. mendacij arguit.

2. Ducitur à λόγος sufficientia: Si sola humana natura pro nobis est passa, nos nondum redempti sumus, sed ira Dei adhuc super nos manet: ratio: quia λόγος infinitum à natura finita præstari nequit. Sed posterius est impium attestante

tota

tota doctrina evangelica. E. Vel ita: si Deus verbaliter saltem pro nobis est passus, nos etiam verbaliter saltem erimus redempti. Non hoc. Ergo nec illud.

31

3. Petitur à personæ identitate: Cujus suppositum reverè patitur, illud ipsum quoq; reverè patitur. At suppositum Dei reverè patitur: actiones enim & passionēs sunt suppositi. E. vel ita: Hac persona (monstrato Christo) moritur. Et ac persona est verus Deus. E.

4. Ita sonat: cuius proprium patitur, illud ipsum quoq; reverè patitur. At qui & & & proprium patitur. E.

5. à discrimine passionis propriae & appropriatae seu ænυη: ita habet: Passio Dei propria nos liberat à peccato. Passio Dei ænυη nos non liberat à peccato. E. passio Dei propria non est ænυη. Plura de hac questione qui desiderat, hunc remitto ad D. Hutt. p. 158. L. C. Haf. p. 304. Mentz. p. 52. tom. 1. Gis. Eckh. p. 97. fasc. it. p. 109. de desc. Christ. Dn. Pras. Disp. 4. cap. 1. err. 3. & 4. Anti Calvin.

Posterior ex superiori efflorescens questio hac est: Quomodo Deus mori potuerit? ubi observandum est discrimen inter subjectum quod, & quò. Subjectum quod, est tota persona  $\text{Ἰεσὺς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ}$ : subjectum quò est propria & & & caro, seu humana natura. Dico ergo: Deus passus est non in sua essentia qua immutabilis & impassibilis, sed in propria carne, qua passio est aequè Dei passio, ac si in sua natura passus ille fuisset, & hinc tanta hujus passionis virtus dependet. Vid. D. Lobeck. disp. 6. th. 50. A. C. Hutt. 158. L. C. Affel. th. 52. disp. de dict. Act. 20. 28.

Ex his patet futilitas argumenti Calvinistici, quo nostram orthodoxiam impetere satagunt: Deitas, inquiunt, est impassibilis. E. Deus non est passus. Negatur enim consequ. quia, licet Deus in sua essentia non sit passus, passus tamen est in propria carne.

Sequi-

Sequitur secundum genus communicationis idioma-  
tum, quod aliàs dicitur *ἰσῳαλισμὸς*, & à multis  
tertio loco ponitur.

De hoc vicissim agendum est 1. generaliter, 2. specia-  
liter.

Generaliter nota ejus descriptionem, 2. descriptionis  
illustrationem.

Descriptione hæc fit. Secundum genus Commun. idio-  
matum est vera & realis *μετέδοσις*, quâ *ἰσῳα* carni suæ  
in personæ unitatem assumptæ, propriam suam majesta-  
tem & excellentiam ita impertit, ut quæcunq; *ἰσῳα* est  
& habet per essentiam, ea assumpta caro habeat per unio-  
nis personalis gratiam. V. Joh. 1. 14. Col. 2. 9.

Illustrationem constituo in affectionibus, & differentiis  
hujus à superiori primo genere.

Affect. 1. In secundo genere Commun. idiom. non  
tantum concretivæ, sed etiam abstractivæ locutiones ob-  
tinent: quia in eo consideratur, quid exaltationis & majesta-  
tis humanitati Christi ex unione person. obtigerit: dico ergo:  
Caro Christi est vivifica ex cap. 6. Joh. sanguis Christi emun-  
dat nos à peccato ex cap. 1. 1. Joh. v. 7. V. Hutt. p. 155. L. C.

Affect. 2. Secundum genus Commun. idiom. non  
est reciprocum: non ergo, quemadmodum caro extollitur,  
ita *ἰσῳα* humiliatur & deprimitur; ratio sumitur ab  
omnibus unionis hypostaticæ causis 1. ab efficiente, quæ est na-  
tura divina uniens & carnem assumens. Jam verò assumentis  
est dare non accipere. 2. à materiali, quæ duæ naturæ, divina  
& humana, quarum insignis est differentia: divina enim  
natura est perfectissima, & proinde nec evehi, nec humiliari  
potest: humana verò est indiga, humilis, & mutabilis, ideoq;  
divinis idiomatis nobilitari potest. 3. à formali, quæ est as-  
sumptio

sumptio humanitatis in Personam τὸ λόγῳ, ergo divina natura humana subsistentiam communicat, non humana divina. 33  
Sicut ergo communicatio ὑπόστασις non est reciproca, ita nec illa, de qua jam agimus, κενωτικὴ ἰδιωματικῶν. 4. à causa finali, qua est nostra salus & redemptio. hac omninò carnis μεσοτήτων κενώσεως, non τὸ λόγῳ κενώσεως & depressionem postulat. V. Mentz. p. 57. tom. 1. Gif. Hutt. p. 150. L. C. Eckh. p. 160. de desc.

Efflorescit ex affectionibus, illa, de qua secundo loco agere constitueramus, hujus & primi generis differentia, quam paucis expedit: Differt ergo hoc genus à primo, quia. 1. hic non tantum concretiva, sed etiam abstractiva locutiones locum habent: illic concretiva tantum. Ideòq; 2. illic loco subiecti semper ponitur nomen persona: hic sæpè ponitur nomen natura humana, in ipso λόγῳ subsistentis. 3. in illo reciprocatio locum habet: in hoc non. 4. ibi distinctiva particula ostendunt, cujus natura proprium sit illud, quod de tota persona predicatur: hic demonstrant, secundum quam naturam Christo communicatio majestatis obtigerit. V. Mentz. p. 56. tom. 1. Gif. Hutt. p. 163. L. C.

Antequam in specie de hac secundo genere agam, occurrit nobilis illa & trita in scholis Theologorum quaestio: An videlicet humanae Christi naturae per unionem personalem communicata sint dona infinita & proprie divina? Calviniani & Jesuitae pro negativa acriter, sed irritò planè conatu pugnant: nos affirmativam hisce stabilimus argum.

1. Cui communicata est hypostasis divina & infinita, eidem idiomatica etiam divina & infinita communicantur: ratio: quia ὑπόστασις τὸ λόγῳ ab infinitis ἰδιώμασι τὸ λόγῳ non realiter differt. Sed humanae Christi naturae communicata est ὑπόστασις τὸ λόγῳ divina & infinita, quod nemo negabit,

E

nisi

24 nisi Nestoriana, unicam Christi personam in duas dissolvens. E.

2. In quo habitat  $\omega\acute{\alpha}\nu$   $\omega\lambda\eta\rho\omega\mu\alpha$   $\tau\eta\varsigma$   $\text{θεοτητος}$   $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\varsigma$ , illud infinitis & divinis donis est nobilitatum. In humana Christi natura habitat  $\omega\acute{\alpha}\nu$   $\omega\lambda\eta\rho\omega\mu\alpha$   $\tau\eta\varsigma$   $\text{θεοτητος}$   $\sigma\omega\mu\alpha\tau\iota\kappa\omega\varsigma$ , tanquam in proprio templo Col. 2. 9. V. Mentz. diss. II. tom. 7. Gif. Gisen. p. 473. tom. 6. Gif. E.

3. Cui communicata est omnipotentia, omniscientia, virtus vivificandi, cultus adorationis, potestas remittendi peccata, & iudicij exercendi, & omnipresentia, illi dona infinita & divina sunt communicata. Humana Christi natura ista omnia sunt communicata, ut infra in specie probabitur. E.

4. Quodcumq; ad dexteram Dei est effectum, illud donis infinitis est locupletatum. Christus secundum humanitatem ad dexteram Dei est effectus. E. Proposit. & assumpt. veritas patebit infra.

Excipiunt quidam adversariorum, istam  $\mu\epsilon\tau\epsilon\delta\omicron\sigma\eta$  intelligendam esse de tota persona, non de natura humana. Resp. bene: sed in eo pia mens non quiescit: sed ulterius querit, secundum quam naturam haec sit facta, secundum Divinamne, an vero humanam. Secundum divinam Christo competere non potest, haec enim in tempore perfici nequit, nisi in Arrij raptus societatem eam negare velis.

At, dicunt nonnulli, non simplex datio, sed retributio saltem hic est intelligenda. Resp. ergone  $\delta$   $\lambda\omicron\gamma\omega$  suis proprietatibus fuit exutus? non inquirunt, sed suam majestatem occultavit. Resp. quomodo ergo patrem suum  $\omega\gamma\omega$  huc operari, & se operari dicit? Joh. 5. 17. quomodo se  $\omicron\pi\iota\kappa\iota\omega\varsigma$  ea facere testatur, qua pater facit? ib. vers. 19.

Hoc presidio dejecti, aliud quarunt  $\nu\epsilon\gamma\eta\sigma$   $\Phi\acute{\upsilon}\lambda\alpha\sigma\tau\epsilon\tau\omega$ ,  $\mu\epsilon\tau\epsilon\delta\omicron\sigma\eta$  hanc de manifestatione interpretantes. Resp. vanum & illud.

illud: scriptura enim in describenda hac communicatione  
ejusmodi verbis utitur, qua non manifestationem, sed com- 33  
municationem aperte indigitant. 2. nec de tali exaltatione hic  
quaritur, qua respectu nostri saltem sit facta, sed de tali, qua  
caro Christi in se est meliorata. V. Hutt. p. 104. L. C.

Ergo, dicunt, si peritiosis hac non secundum divinam  
sed humanam naturam est facta, complectetur saltem dona  
creata & finita, non infinita, quorum humana natura non  
est capax. Resp. Qui omnipotentiam, omniscientiam, &c.  
dona saltem creata esse judicat, ille non parum fallitur. Atqui  
omnipotentia & omniscientia, &c. humanæ naturæ est com-  
municata. De capacitate illa quid sit sentiendum, mox vi-  
debimus.

Hæc de nostris argum. & adversariorum ad ea exceptio-  
nibus: addo unum atq; alterum ex plurimis, sed stramineis,  
quas contra afferunt rationibus.

Prima facile est illa: quam à natura priorum petunt,  
ad quam responsum est supra, cum in genere de commun. idiom.  
sermo esset.

2. Object. Aut omnia, aut nulla idiomata Divina natura  
humana sunt communicata: ratio: quia divinitas est ἀπέριστα.  
Non omnia sunt communicata, ut spiritualitas, eternitas &c.  
E. nulla.

Resp. Cur in gratiam Arrianorum non ita colligunt ad-  
versarij? Deus pater aut omnia, aut nulla idiomata per gene-  
rationem filio communicavit. Non omnia, ut sunt paternitas,  
ἀπαρρησία &c. E. nulla.

Dico ergo ad propositionem negando eam, quia communi-  
catio majestatis non est physica quadam transfusio, sed libera  
& adonias divina dispensatio. Cum igitur peritiosis facta sit  
propter officium mediatoris, illis idiomata caro Christi est in-

36. *fructa, quorum communicatio fuit necessaria ad illud officium expediendum. 2. Sciendum, quaedam idiomata divina esse ἐν ἑαυτοῖς, quaedam verò in operibus ad extra ἀνέκεινται; sic Deus omnipotentia creavit mundum, non aternitate sua. Illa diuina communicata, hac non item. 3. ad proposit. probationem respondeo: licet divinitas sit ἀπέριστος, tamen distinguuntur idiomata in operibus ad extra, nisi Deum iustitia credentes salvare, misericordia incredulos damnare negari velis.*

*Ad assumpt. dico: quia Spiritus S. affirmat, in Christo omnem plenitudinem Deitatis habitare corporaliter, nullum est dubium, quin natura humana in reuiviscens omnium proprietatum divinarum pervenerit, ita tamen, ut quarundam communicatio sit immediata h. e. non mediantibus alijs idiomata facta, quarundam verò mediata. Licet ergo caro Christi non sit aeterna, non infinita, &c. quemadmodum est vivifica, tamen ei communicata est potestas aeterna, & infinita.*

3. *Object. Si per & propter unionem personalem ὁ λόγος sua idiomata carni communicavit, caro vicissim suas infirmitates communicabit Deitati. At posterius falsum. E.*

*Resp. proposit. conseq. negatur, quia secundum genus commun. idiom. non est reciprocum, ob causas supra allatas.*

4. *Object. Finitum non est capax infiniti. E. natura humana finita infinitorum idiom. divinatorum non est capax.*

*Resp. Quò vos ducit improba contradicendi libido viri Nestoriani? quò ruitis? cur non ita concluditis: finitum non est capax infiniti. E. natura humana infinita. ἡ ἀπειρία τοῦ λόγου non est capax. E. nulla facta est unio hypostatica. E. genus humanum Deo nondum est reconciliatum. ἀπαγὲς capacitatem istam!*

5. *Object. Quodcunq. dogma veritatem humana natura.*

*natura.*





38 sed retributio imò manifestatio sit intelligenda, supra respondi-  
mus: non repeto. Unicum hic recurrit latibulum, quod qua-  
runt sub distinctione ἐξ ὁσίας τοῦ δυνάμεως: illam carni Chri-  
sti concedunt, hanc denegant.

Resp. Vanum hoc & profanum: ἐξ ὁσίας enim hac per δὴ-  
ραμὴν explicatur Apoc. 5. 12. & scriptura hisce vocab. promi-  
scuè utitur, Luc. 4. 36. & 9. 1. Apoc. 5. 12. & qua est irpie-  
tas nudum titulum Christo tribuere sine re? imò scriptura  
Christi potentiam ita describit locis præallegatis, ut in sumum  
abeat, quicquid garriant adversarij. V. Meisn. p. 389. Job.  
phil. part. 1. Eckh. p. 121. fasc.

2. arg. Si Christus in statu exinanitionis propria virtute  
edidit miracula divina, etiam secundum humanam naturam;  
sequitur, illam jam in statu exalt. divinâ potentiâ esse instru-  
ctam. Sed verum prius Job. 2. 11. Luc. 8. 46. Act. 10. 48. E.  
Vid. Hutt. p. 161. L. C. Mentz. p. 89. Tom. 7. Gif.

Object. Quicquid est omnipotens, illud est Deus. Hu-  
mana Christi natura non est Deus. E. Resp. adde proposit:  
Quicquid est omnipotens ex sua natura, illud est Deus. At na-  
tura humana est omnipotens personaliter ex gratia. V. Plura  
apud Hutt. p. 163. Mentz. disp. de dict. Matth. 28. 18. p. 188.  
tom. 5. Gif. Eckh. p. 120. fasc.

## QUÆST. 11.

### An Christus homo sit omniscius?

Affirmamus nos his argum: 1. Quicumq; spiritu sapien-  
tia & scientia unctus est, non ad mensuram, ita ut ex ejus ple-  
nitudine omnes participemus, ille est omniscius. Christus homo  
unctus est spiritu sapientia & scientia Es. 11. 1. non ad men-  
suram Job. 3. 34. ita ut ex ejus plenitudine omnes partici-  
pemus Job. 1. 16. E.

2. In quo omnes thesauri sapientia & scientia sunt re-  
condi-

conditi, ille est omniscius. In Christo omnes thesauri &c. sunt  
reconditi. Col. 2. 3. E. 39

3. Si Christus homo in statu exinanitionis fuit  $\kappa\epsilon\gamma\theta\iota\omicron\upsilon\gamma\alpha\sigma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ , multò magis jam in statu exaltationis talis erit. Sed verum prius. Vid. Ioh. 2. 25, 26. Marc. 2. 8. Matth. 9. 2. & 4. Ioh. 1. 48. Luc. 19. 30. E. &c. & per consequens erit omniscius, quia  $\kappa\epsilon\gamma\theta\iota\omicron\upsilon\gamma\alpha\sigma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$  est scientia maximè divina.

Obijciunt adversar. vers. 32. Cap. 13. Marc. ubi Christus diem judicij se ignorare affirmat, ad quem locum variè respondetur. U. Hutt. p. 173. L. C. Wink. p. 144. Rom. 3. Marp. Eckh. p. 131. fasc. simplex responsio hæc est, quod scilicet Christus homo in statu exinanitionis non semper omnia scivit, omnia cogitavit: jam verò à statu  $\kappa\epsilon\gamma\theta\iota\omicron\upsilon\gamma\alpha\sigma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$  ad statum  $\epsilon\pi\alpha\gamma\gamma\epsilon\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$  argumentari  $\acute{\alpha}\nu\alpha\kappa\acute{\alpha}\lambda\upsilon\theta\omicron\nu\omicron\varsigma$  est.

Obijciunt 2. vers. 40. cap. 2. Luc. ubi Christus puer sapientià crevisse dicitur: at, inquam, quod crescit quomodo illud infinitum esse potest? Verùm nos respond. dictum illud agere de sapientia habituali, quæ non opponitur, sed subordinatur sapientiæ divinæ.

2. Dicimus posse etiam illud accipi de motibus Deitatis impellentis Christum ut hominem jam ad hoc, jam ad illud opus suscipiendum. V. Mentz. p. 34. AntiMart. Hutt. p. 172. Eckh. p. 191. pand.

### QUÆST. III.

#### An caro Christi sit vivifica?

Affirmativam vicissim hic contra advers. probamus hoc modo: Quodcumq; Christus de carne sua affirmat, id ei realiter competit. Atqui Christus de carne sua affirmat, quod sit vivifica. Confer Ioh. 6. v. 51. 54. 56. 58. 59. &c. I. Ioh. 1. 7. Heb. 9. 14. Act. 20. 28. E.

Quærit

*Quæris: Quomodo caro Christi sit vivifica? Resp. duobus modis 1. meritorie, quatenus pro mundi vita in mortem est tradita Ioh. 6. v. 51. 2. effective, quatenus vitam eternam efficaciter & æternè per ministerium verbi & Sacramentorum credentibus largitur & applicat. Hutt. p. 178. L. C. Ascribo verba quedam collecta ex th. 51. disp. 1. D. Balduv. de pan. vit quemadmodum naturalis panis coquitur, antequam eo uti queas: sic & panis hic cælestis per mortem prius fuit preparandus. Verum non sufficit hoc: sed quemadmodum naturalis panis facultatem habet corpus alimentandi naturaliter: ita nos Christi caro pascit ad vitam eternam personaliter. V. quoq; D. Wink. p. 100. tom. 2. Gis. Mentz. p. 73. AntiSad.*

#### QUÆST. IV.

### An Christus homo sit religiosè adorandus?

*Et hic affirmativam defendimus seq. argument. 1. Cui donatum est nomen supra omne nomen, ut in eo flectatur ore genu cælestium, terrestrium & inferorum, ille religiosè est adorandus. Christo homini datum est nomen supra omne nomen & c. Phil. 2. 9. E.*

*2. In quem credimus, eundem quoq; religiosè invocare debemus. Sed in Christum, etiam quâ homo est, credimus. E.*

*3. Refer huc exempla eorum, qui Christum adorasse leguntur in historia Evangelica, ut sunt Magi Matth. 2. 11. pater lunatici. Matth. 17. 14. cæcus natus Ioh. 9. 38. cæcus Matth. 20. 30. mulier Cananaea. Matth. 22.*

*Martinius Calvinista Bremensis duplicem adorationem comminiscitur, aliam divinæ, aliam humanæ naturæ competentem, quem factum vide jugulatum apud D. Mentz. p. 82. 158. 173. Martin. Elench. hunc ferè in modum: Cultus carni Christi*

Christi debitus aut est religiosus, aut politicus. Non politicus, quia est idem honor, qui Deo patri competit & agno Apoc. 5. v. 12. 13. E. religiosus. 41

Si religiosus, competit Christo homini aut per se, & naturaliter, aut per unionis gratiam, & personaliter. At qui carnem Christi per se & naturaliter adorat, ille idololatra est: fundari ergo cultus religiosus in natura humana per se non potest. E. Christo homini competit personaliter, & per consequens idem est cum illo, qui τὸ ἴδιον competit per se.

2. Qui duplicem fingit Christi adorationem, duplicem quoque fingit personam. At posterius est impium & Nestorianum. E.

3. Si ob naturarum diversitatem Christus duplici adoratione est invocandus, duplici quoque fide in eum est credendum. At qui posterius est absurdum E.

Objiciunt advers. 1. Solus Deus est adorandus. E. Christus secundum humanitatem non est adorandus. Resp. solus Deus est adorandus per se: humana Christi natura per & propter unionem personalem. Objiciunt 2. v. 8. cap. 4. ad Gal. ubi Paulus eos reprehendit, quod servierant his, qui natura non sunt Dij. At qui, inquit, humana Christi natura non est φύσει Deus. E. Resp. verba haec Paulina idolis gentium sunt opposita, non humanitati Christi, qua adoratur à nobis ideò, quia τὸ ἴδιον, qui φύσει Deus est, unita est. Objiciatur ergo hic locus ijs, qui carnem Christi seorsim peculiari adoratione invocant, ut Martinus; non orthodoxis, qui unà adoratione totam Christi personam venerantur. V. Balduv. quest. 4. in cap. 2. ad Phil. Matthiam th. 26. diss. de Ador. Christi.

F

QUAEST.

An Christus homo potestatem habeat  
remittendi peccata & iudicium exercendi?

Et hic clariss. scriptura dicta in affirmantem nos ducunt  
sententiam, ex quibus hanc necimus apodeixin: Quodcumq;  
Christus de se homine affirmat, illud ei realiter competit. Atqui  
Christus de se homine affirmat, quod habeat potestatem remitten-  
di peccata Matth. 9. 6. Marc. 2. 10. Luc. 5. 24. confer Matth. 1. 21.  
1. Joh. 1. 7. & iudicium exercendi Matth. 16. 27. Joh. 5. 27.  
confer Matth. 25. 31. Act. 10. 42. Cap. 17. 31. E.

An Christus corpore suo in terris sit  
præsens.

Antequam nostram de hac questione orthodoxian con-  
firmemus, duo videnda sunt, 1. Quid sit Christi hominis præ-  
sentia? 2. Quomodo præsentia Christi distinguatur?

Quid est ergo præsentia Christi hominis? Resp. Cal-  
viniani pleriq; per diffusionem, per extensionem, per existen-  
tiam in omnibus locis eam describunt, & contra figmentum  
proprii ingenii acriter pugnant, sed frustra: ecquis enim ex  
nostratibus Christi hominis præsentiam talem defendendam  
sumpsit? quin illam impugnant seq; ratione: Quæ præsentia  
tâ 1070 convenit per naturam, ea humana Christi natura  
competit per unionis gratiam. Atqui præsentia illa quæ tâ  
1070 convenit per naturam non est diffusio, non extensio, non  
dilatio. E. nec illa quæ humana natura competit per gratiam.  
Nos igitur eam per Operationem, scripturam Marc. 16. v. ult.  
secuti, describimus.

Distinguitur autem Christi præsentia in Universalem  
& particularem. Præsentia universalis, quam rectè vo-  
ces omnipræsentiam, est, quâ Christus *ἰσθῆναι* & omnia  
præ-

presentissimus adimplet, & cuncta in caelo & in terra gubernat. Eph. 4. 10. 43

Hac presentia Christus utitur in regno potentia, de quo infra. Particularis presentia est gratia, vel gloria.

Presentia gratiae est, quā Christus  $\text{ἰσὺς ὁ θεὸς}$  in Ecclesia militante gratiam suam exercit in hominibus ad se vocandis, regenerandis, vivificandis, consolandis & defendendis. Matth. 18. 28.

Presentia gloriae est, quā  $\text{ἰσὺς ὁ θεὸς}$  in coelesti vita, seu in Ecclesia triumphante gloriam suam manifestat electis, eosq; glorificat, & aeterno gaudio beat. Joh. 17. 24.

His expeditis ad propositam quaest. affirmative respondemus, nam: 1. Quicumq; omnia adimplet, ille in terris est presentissimus. Atqui Christus  $\text{ἰσὺς ὁ θεὸς}$  omnia adimplet. E. & c. Proposit. acceptio vocabuli (implere.) Jer. 23. 24. assumptionem v. 10. cap. 4. ad Eph. probat. Excipit gens Calvinistica, Christum secundum divinitatem omnia implere. Resp. 1. secundum quam naturam in caelum ascendit, secundum illam omnia implet. Atqui secundum humanam naturam in caelum ascendit. E. 2. Secundum Deitatem à mundo condito omnia implevit, ergo post ascensionem illa impletio non de nunc coepit. 3. & quae est vesania affirmare, Christum secundum humanitatem ascendisse in caelos, ut secundum Deitatem omnia impleret?

2. Quod Christus de se promisit, illud omnino potest praestare. Atqui Christus de se promisit, quod velit in terris praesens esse Matth. 18. 28. cap. 28. v. ult. E.

Excipiunt advers. 1. Corpus Christi esse in caelo, & divinitatem nobis adesse. Resp. Nestorianum hoc:  $\text{λόγος}$  enim post incarnationem extra carnem suam non est, ut supra vidimus, sed ubi ubi est, ibi totus est. Et cum omnipresentia sit officij  $\text{δοτοῦ αὐτοῦ}$ , secundum utramq; naturam Christo competet. Adhac persona qua loquitur: Ego in medio ero, ego vobiscum

44. *sum &c. estne simplex ὁ λόγος, an verò ὁ λόγος ἐνοεργος? ἐνοεργος inquis. E. & ὁ λόγος ἐνοεργος nobis adest, non ἐνοεργος.*

*Excip. 2. intelligi presentiam gratia & ἐνεργείας. Responsum hoc: nam presentia gratia presentiam substantia praese requirit. Imò exceptio illa Calvinianorum hypothesebus repugnat, quomodo enim egenum Christi corpus, tot milliaribus, secundum illorum assertionem, absens, in terris operaretur? Contra ego assero & urgeo Christi post ascensionem apparitiones, quae non solius gratia, sed corporis quos fuerunt. V. Act. 9. & 23. v. 11. urgeo. obambulationem in medio candelaborum h. e. ecclesiarum, ex Apoc. 1. & 2. cap.*

3. *Quod ad dexteram Dei sedet, illud cum ea semper & ubiq; est praesens. Atqui Christus homo ad dexteram Dei sedet. E. &c. Praemissarū utraq; ex infra de dextra dei dicendis clarebit.*

*Orthodoxa huic sententiae advers. objiciunt. 1. rationis deliria. 2. scripturae dicta,*

*Quae ex ratione in hoc mysterio planè caeca afferunt, pleraq; à corporis Christi finitate, dimensione, & circumscriptione petita sunt: ad quae respondeo cum justino: πρῶτον τῆ φύσιν τῆ φύσεως, τῆ πύξης τῆ πύξης, τῆ φύσεως τῆ φύσεως. 2. Corpus Christi non est merè physicum, sed multis hyperphysicis prerogativis nobilitatū: non est nudi hominis, sed ipsius Dei λόγος corpus, non in loco, sed in λόγῳ subsistens. 3. Fallacia μὴ ἴσθῃς αὐτῶν in illis argumentis occurrit: nemo enim nostratum unquam dixit, vel scripsit, corpus Christi esse omnipraesens ex sua natura, sed ex unionis personalis gratia. Si igitur corporis finitas omnipraesentiam non constituit, eam nec impedire potest, aut debet. 4. Ad circumscriptionem corporis Christi respondeo, illam vocem esse ambiguam: quod si enim intelligatur de circumscriptione externa, & locali, tum eam de corpore Christi ad dexteram patris evedto negamus, ibi enim omnis locorum conditio expirat: si  
intelli-*

intelligatur de circumscriptione interna, quâ illud dicitur  
circumscriptum, quod certis essentia limitibus est determina-  
tum, tum eam concedimus, sed omnipresens nihil officere  
affirmamus, quia actus naturalis non tollit actum personalem.

Refero quoq; ad classem argumentorum ex ratione peti-  
torum illa, quæ de Christi nativitate & passione uno in loco  
peracta, de abitu & reditu locali obijciunt, ad quæ respondeo,  
ab exinanitione ad exaltationem, item: à presentia natu-  
rali & locali, ad personalem, & illocalem, non valere conseq.

Quæritur verò hic: An ergo Christus, quâ homo,  
in statu exinanitionis non fuerit omnipræsens? Resp.  
creaturarum respectu non fuit omnipræsens, quia nondum  
adhibebatur natura humana rebus universis gubernandis &  
administrandis: interim nullibi natura humana à  $\delta\gamma\omega$  ab-  
fuit, neq;  $\delta\gamma\omega$  extra carnem uspiam substitit, quia tale  
quid unio personalis non fert. Quare à  $\delta\gamma\omega$  Roma existens  
(verba D. Mentz. sunt p. 158. tom. 7. Gif.) corpus suum in  
cruce pendens Hierosolyma longè sibi præsentius habuit, quip-  
pè personaliter unitum, quam vel Romam ipsam, vel Hiero-  
solymam, tametsi tunc Roma humanâ presentia vel localiter  
corpus Christi non fuit. Distinguendum proinde in hac qua-  
stione inter presentiam carnis ad  $\tau\omega$   $\delta\gamma\omega$ , & ad creaturas:  
inter actum primum, & actum secundum: inter actum na-  
turalem & actum personalem, inter presentiam localem, &  
illocalem.

Neg. tamen negari debet aut potest, Christum etiam ut  
hominem in medio exinanitionis statu, ut omnipotentia, sic  
& divina presentia radios interdum exeruisse, ubi gloria di-  
vina & officij mediatorij, & salutis humana ratio flagitabat,  
inquit iterum D. Mentz. p. 159. tom. 7. Gif. V. eundem p. 426.  
Anti-Mars. ii. 525. tom. 5. Gif. Hutt. 189. Phil. Nicol. th. 488.  
de omnipræs. Christi. Eckh. 102. fasc.



Quae ex scripturis afferunt Calviniani, ea adhibitis istis, quas supra notavimus, distinctionibus facile conciliantur, quorum etiam solutio videri potest apud D. Mentz. p. 38. & seq. AntiSad.

Nos, pro conclusione hujus doctrinae, Christum hominem omnipotentem, omniscium, vivificum, adorandum, potestate remittendi peccata, & judicium exercendi instructum, & ubique praesentem esse confitemur, & contradicentes veros ejus discipulos esse negamus. Et haec de secundo genere communicat. idiom.

Restat tertium genus, quod alias dicitur *κωνωρία* *ἐν* *Χριστῷ*, de quo statim in limine quaeritur: An proprie loquendo *κωνωρία* *ἰδιωματων* appellari queat? Quidam negant, quidam affirmant, & his subscribimus. V. Hutt. p. 159. L. C.

Hujus generis danda 1. descriptio. 2. nobiliorum quaestionum decisio. Descriptionem cape hanc: Tertium genus commun. idiomatum est vera & realis naturalium, & propriarum utriusque naturae in Christo *ἐν* *Χριστῷ* *κωνωρία*, ad officij redemptionis *ὑποτέλεισθαι* & producendum, ubi una natura agit cum communicatione alterius quod uniuscujusque proprium est. Hutt. p. 159. Haf. p. 330.

In hoc ergo genere divina natura agit ea, quae divinitatis sunt propria; sed ut *ὑποτέλεισθαι* redemptionis perficiat, operationibus utitur humanitati propriis: sic humana agit itidem, quae sibi sunt propria: sed non hac solum, verum etiam ea, quae humanitatis vires & facultates superant, vi communicatae sapientiae & potentiae divinae. Hutt. 160. L. C.

Quaestiones nota sequentes 1. Quaeritur: An humana Christi natura in opere redemptionis etiam agat divina praeter & ultra vires naturales? Affirmamus nos; nam si nihil nisi humanum agere posset, quomodo contereret caput serpentis.

serpentis? quomodo sanguis Christi nos emundaret ab omni peccato? quomodo caro Christi esset panis vitæ? V. Hutt. p. 160. Mentz. p. 50, tom. 1. Gif. 47

2. *Quæritur*: An mori pro mundi vita sit officij  $\delta\pi\omicron\tau\epsilon\lambda\epsilon\sigma\mu\omicron\varsigma$ , an verò humanæ naturæ proprium? *Resp.* Sturmius posterius affirmat, quem D. Mentz. seq. refutat argumentis:

1. Nilil quod est infinita virtutis, potest dici humana naturæ proprietas. Mori pro mundi vita est infinita virtutis. E.

2. Quicquid est proprium natura humana ex aquo prædicari potest, & debet de omnibus hominibus. At mori pro mundi vita non potest prædicari de omnibus hominibus, sed de solo Christo dicitur. E. Vid. plura apud ipsum D. Mentz. p. 291. tom. 1. Gif.  $\eta$  Mori itaq; natura humana habet ex conditione essentia; sed  $\eta$  mori pro mundi vita, ex virtute donatæ gratia.

3. *Quæritur*: An Christus secundum utramq; naturam sit noster mediator? *Resp.* Osander mediationis partes Christo secundum solam divinitatem assignat: Stanca-rius & hodierni Jesuitæ, quorum sententiæ Piscator, Calvinista Herborenensis, quoq; subscribit, secundum solam humanitatem Christum mediatorem agnoscunt: utraq; opinio à veritatis tramite deflectit, & finem incarnationis enervat.

Nos proinde Christum secundum utramq; naturam mediatorem nostrum confitemur, quam nostram sententiam probamus 1. à natura  $\delta\pi\omicron\tau\epsilon\lambda\epsilon\sigma\mu\omicron\varsigma$  officij. 2. à fine  $\epsilon\iota\sigma\pi\epsilon\gamma\mu\omicron\varsigma$ : 3. à conditione  $\lambda\upsilon\gamma\epsilon\varsigma$   $\theta\epsilon\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\pi\iota\upsilon\varsigma$ , seu obedientia Activa & Passiva. & hinc est, quod scriptura de officio mediatori loquens modo ad hanc modo ad illam naturam digitum intendit. Confer. Ier. 23. 6. Act. 20. 28. Rom. 8. 32. Gal. 4. 4. 1. Iob. 3. 8. Gen. 3. 15. Luc. 9. 56. 1. Tim. 2. 5.

Quæ-

48  
Qua in contrarium adducunt adversarij brevitatis studio pretermitto, & in ipsam *ὁμιλίαν* refero. Et haecenus de unione personali ex causis, & effectibus explicata.

Transendum nunc II. ad statum carnis Christi divinitatem.

Est verò duplex Christi status 1. exinanitionis 2. exaltationis.

Exinanitionis videbimus 1. definitionem, 2. primariorum questionum solutionem.

Definitionem ex cap. 2. v. 6. 7. ad Phil. talem extruit D. Mentz. p. 114. tom. 1. Gif. & alibi passim:

Exinanitio, seu *κένωσις*, est Jesu Christi *θεωσις* in forma servi humilis obedientia, sive subjectio, ad mortem usq; crucis.

Primaria ergo hujus doctrina sedes est locus ille classicus ad Philip. 2. v. 6. 7. 8. Christus Iesus cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, &c. Refertur quoq; huc à quibusdam descensus Christi ad infimas terra partes ex vers. 9. cap. 4. ad Ephes. V. D. Fevrb. p. 587. tom. 7. Gif. quem tamen locum alij de descensu ad inferos interpretantur. V. Eckh, p. 28. de descens. ad infer.

Typum Christi hac in parte gessit David, jam rex designatus, & à Saule in exilium pulsus. 2. Sam. 2. & seq.

Quæris 1. de tempore: quam diu duravit hæc Christi exinanitio? Resp. à prima conceptione, donec mortuus revixit. spectat ergo huc natiuitas egena, vita pauperrima, passio acerbata, & tandem mors crucis ignominiosissima, de quibus omnibus hic agere nimis longum foret.

Quæris 2. An & gradus suos habeat Christi exinanitio? Resp. omnino: primus enim gradus conspicitur in occultatione divinae potentiae & gloriae in carne 2. in assumptione

ptione conditionis servilis & abjecta in eadem humanitate. 49  
3. in perpeſſione mortis cum ſummis doloribus & ignominia  
conjuncta. Mentz. p. 211. Mart. Elench.

Occurrittandē quaestio nobilissimā multum controversa: Se-  
cundum quam naturam Christus sit exinanitus? Resp. tota  
persona exinanita est; verum hoc non sufficit; sed ulterius scien-  
dum, secundum quam naturam hac reversionis sit facta? Nos se-  
cundum humanam naturam illam interpretamur, hisce moti  
argum. 1. Secundum quam naturam Christus. 1. erat in forma  
Dei, 2. nec rapinam arbitratus est, esse equalia Deo. 3. sed se  
ipsum exinanivit formā servi sumptā, in similitudine homi-  
num factus & habitu inventus ut homo. 4. humiliavit se  
ipsum, factus obediens ad mortem usq. crucis, secundum eam  
est exinanitus.

Atqui secundum humanam naturam talis erat, hoc fecit  
& passus est. E.

Assumpt. membra ordine probo ex genuino verborum  
Paulinorum sensu: Calvinianorum enim torsiones, & Plu-  
cias infra examinabimus.

1. Membrum: Christus secundum humanam naturam  
erat in forma Dei: nam forma Dei, hic notat speciem q. Dei  
externam, qua elucet in gubernatione mundi, & demonstra-  
tione potentia Divina: in forma ergo Dei esse significat pra-  
ditum esse Divino hōnore & gloriā. Mentz. p. 205. Mart.  
Elench. seu. de honore & gloria tē rōys participasse. V. Balduv.  
quaest. 1. in cap. 2. Phil.

2. Christus secundum naturam humanam non rapi-  
nam arbitratus est, esse equalia Deo (ισα θεῷ) nam verba haec:  
non rapinam arbitratus est, hoc volunt, Christum homi-  
nem non superbivisse, aut nimis ostentasse communicatam sibi  
majestatem, ut ea ostentari solent, qua per rapinam nostra facta

L

sunt.

50 sunt. Balduv. quest. 2. in cap. 2. Phil. Mentz. p. 205. d. l. esse  
æqualia Deo, significat, æqualiter sese gerere ut Deum, in  
imperio & majestate concessa & communicata.

Sed. 3. Seipsum exinanivit (ἐκένωσε) sumptâ servi formâ  
h. e. Christus homo usum majestatis communicata retraxit,  
seq; hoc modo evacuavit, servi formâ, id est, servili specie,  
statu ac conditione sumptâ. Hutt. p. 188. L. C. Mentz. 209.  
d. l. Schröd. p. 424. Thron. Regal. Latin. edit. qua conditio  
describitur: 1. per similitudinem hominum, que in Christo  
conspicua fuit, in omnis generis infirmitatibus excepto peccato.  
2. per habitum humanum h. e. figuram, gestus & actiones  
externas, in quotidiana conversatione, in quibus Christus in-  
ventus est, ut alium vulgaris homo. Mentz. p. 210. d. l.

4. Christus secundum humanam naturam se humiliavit  
factus obediens ad mortem usq; crucis. Hoc membrum negabit  
nemo, nisi qui affirmare velit, Christum secundum divinam  
naturam esse mortuum.

2. Argum. Secundum quam naturam Christus est ex-  
altatus, secundum eam quoq; est exinanitus. Sed secundum  
humanam naturam est exaltatus, ut infra patebit. E.

3. Secundum illam naturam Christus est exinanitus, se-  
cundum quam mutationi fuit obnoxius. Atqui secundum  
Divinam naturam nulli mutationi fuit obnoxius, sed secun-  
dum humanam. E.

Excip. advers. In se quidem τὸ ἴδιον exinaniri non po-  
tuisse: sed intelligi hic exinanitionem ἐκένωσιν respectu crea-  
turarum. Resp. de tali exinanitione hic non queritur, que  
creaturarum saltem fuerit facta respectu; sed de tali, que ab  
Apostolo describitur, quâ Christus in se est evacuatus. V.  
Mentz. p. 259. & seq. tom. 6. Gif.

Vidimus nostram de hac questione sententiam; exami-

MCMLX

nemus quoq; Calvinianorum errorem, quo Christum secundum naturam divinam exinanitum fuisse statuunt, quod somnium ut pallient, textum Apostolicum Phil. 2. variè torquent, & sequentes inde deducunt ratiunculas: 51

1. Secundum quam naturam Christus erat in forma Dei, secundum illam se exinanivit. At secundum divinam naturam erat in forma Dei: quia forma Dei est ipse Deus. E. Resp. Aliud est, esse ipsissimam  $\mu\omega\sigma\phi\lambda\omega$   $\text{I}\epsilon\acute{\varsigma}$ , aliud esse  $\epsilon\acute{\iota}$   $\mu\omega\sigma\phi\eta$   $\text{I}\epsilon\acute{\varsigma}$ . Illud pertinet ad absolutissimam perfectionem essentia divina: hoc verò ad realem majestatis divinae  $\kappa\alpha\tau\alpha\upsilon\alpha\tau\iota\alpha$ , in quam humana Christi natura pervenit. Atqui Christus, non quàm  $\mu\omega\sigma\phi\eta$   $\text{I}\epsilon\acute{\varsigma}$ , sed quàm existens  $\epsilon\acute{\iota}$   $\mu\omega\sigma\phi\eta$   $\text{I}\epsilon\acute{\varsigma}$  se exinanivit. U. Hutt. p. 189. L. C.

2. Object. Secundum quam naturam Christus est equalis Deo, secundum illam se exinanivit. At secundum Divinam naturam est equalis Deo. E. Resp. ad proposit. Non ita concludit Paulus: Secundum quam naturam Christus est equalis Deo, secundum eam se exinanivit: sed ita verba sonant: Non rapinam arbitratus est, esse equalia Deo: quæ quid significant supra vidimus. 2. ad assumpt. dico, illam esse verissimam, quia  $\delta\ \acute{\iota}\sigma\gamma\ \&$  Deo patri equalis est, adeoq; Deus benedictus in secula Rom. 9. 5. Verum Paulus hic agit de equalitate communitata, quæ humane nature competit. Ergone, inquis, natura humana est equalis Deo? Resp. non tam crudè loquimur: Natura humana est equalis Deo: sed distinguimus inter equalitatem essentia, quam absit ut propugnemus, & equalitatem potentia, & dominationis, de qua Paulus hic agit: hanc Christus homo cum Deo habet equalem, non equaliter, Deo enim competit per naturam, humane verò Christi nature per unionis gratiam. Distingue igitur inter rem possessam, & modum possessionis.

G 2

3. Object.

3. *Object.* Quae natura assumpsit formam servi, id est, naturam humanam, illa est exinanita. Atqui ὁ λόγος seu natura divina assumpsit formam servi. E.

*Resp.* objectio hac duabus alijs questionibus decidendis ansam praebet: Prior hac est: An ὁ λόγος se exinaniverit assumendo naturam humanam? *Resp.* stupenda est dignatio, quod altissimus Dei filius naturam nostrā induit; sed de tali exinanitione non agit dictum Paulinū, nam 1. hic non ὁ λόγος, sed Christus se exinanivisse dicitur: num verò Christus h. e. ὁ λόγος ἐν σαρκὶ est incarnatus? ἀντιμῶν! 2. non ipsa Dei forma, sed ille, qui erat in Dei forma, se humiliasse legitur. 3. ille qui se evacuavit: quomodo verò se evacuare queat simplicissimus ὁ λόγος, omnis planè mutationis expertus? Dicimus ergo cum Schröd. duplicem esse filij Dei humiliationem, unam incarnationis, de qua jam non agimus, alteram passionis. V. Thron. Christi Regal. p. 208. illa τὸ λόγος est, hac Christi.

Posterior questio hac est: An μορφῇ δέχων h. e. servi forma in loco Apost. significet ipsam naturam humanam? *Resp.* ita sentiunt Calviniani, sed malè: nam per formam servi hoc loco intelligitur, quod superveniente τῷ ἐπιψύχῳ est depositum, quod patet ex oppositione exinanitionis & exaltationis. Atqui ipsa substantia humana natura succedente τῷ ἐπιψύχῳ non est deposita, sed servilis saltem ejus conditio. E. hic non intelligitur per formam servi ipsa humana natura substantia, sed conditio saltem abjecta. V. Hutt. p. 188. Balduv. quest. 2. Cap. 2. Phil. Schröd. p. 428. Thron. Reg.

Cum igitur evictum sit, Christum secundum naturam humanam fuisse exinanitum: ultimò loco queritur: An igitur Christus homo in hoc statu nullam planè majestatem habuerit? ubi distinguendum est inter κτήσιν & θεῶν: hac Christus se spontè abdicavit, ita tamen, ut, postulante officij

ratio-

ratione gloriae divinae radios interdum exeruerit, ut in miraculis, quibus gloriam suam manifestavit Job. 2. 12. Confer glorificationem Christi in monte Thabor Matth. 17. illam ( ut inuenio dico ) à primo conceptionis momento semper habuit, quia in eo omnis plenitudo Deitatis habitat  $\sigma\omega\mu\mu\lambda\upsilon\kappa\omega\varsigma$ . Tantum de statu exinanitionis.

53

Sequitur exaltatio, quae duplex, Inchoata & Consummata Meisn. p. 867. contra Socin.

Exaltationem inchoatam voco illam, quae Christus redivivus, depositis omnibus naturae humanae infirmitatibus, in statum glorificatorum corporum est translatus. ab Hasen. vocatur status glorificationis p. 336.

Occurrit hic 1. Descensus ad inferos, 2. Resurrectio.

Descensus ad inferos est gloriosa & victoriosa Christi expeditio, quae morti & inferno mortuum praebuit Hos. 13. & hostes iratus contudit. D. Philip. Nicol. th. 667. de omni. pres. Christi.

Cum verò hic articulus sit perquam difficilis ob testimoniorum de eo agentium paucitatem Eckh. p. 2. de desc. quae de eo occurrunt in scripturis simplici fide credimus, rejectis curiosis questionibus, quae non tam adificare, quam turbare pias mentes solent, ut D. Mentz. verbis p. 68. Exeg. A. C. utar.

Nec de resurrectione Christi, satis perspicue ab Evangelistis descripta, pluribus disseram: hoc dico unicum, Christum sc. propria virtute resurrexisse, ut constat ex v. 18. cap. 10. & v. 19. cap. 2. Job.

Queritur verò hic: Quibusnam qualitatibus corpus Christi gloriosum sit praeditum? Resp. multi multa scrupulose hic disputant: Lombardus quatuor constituit qualitates, 1. impassibilitatem, 2. claritatem, 3. agilitatem, 4. subtilitatem, quas alia. insequuntur, ut invisibilitas, dimensionum

G 35

strenua



54 *stonum penetratio &c. Hinc Christus penetrare potuit lapidem sepulchri in resurrectione, & ad discipulos ingredi occlusis foribus, Ioh. 20. v. 19. 26, & à Patre fieri, Luc. 24. 31.*

*Haec sunt illae qualitates, quibus nos quoque post resurrectionem conformabimur, uti Paulus testatur Phil. 3. 21.*

*Exaltatio consummata est actio Dei patris, quae Christum *Ἰὴν Ἰσοῦν* filium suum, per ascensionem in caelos tanquam per medium ceu viam, ad dexteram maiestatis suae in caelestibus, supra omnem principatum ac potentiam & virtutem, & dominium, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro, evexit. Eph. 1. 21. cap. 4. 10. Phil. 2. 9.*

*Ut verò sit clarior haec Christi maiestas, de duobus hic agendum est 1. de ascensione. 2. de sessione ad dexteram Dei patris.*

*Ascensionis dabimus descriptionem, ejusque per aliquot quaestiones illustrationem.*

*Descriptio: Ascensio Christi in caelos est vera corporis Christi, à monte Oliveti, sursum versus elevatio, facta quadragesima à resurrectione ipsius die, quae illud à nube est conspectu apostolorum susceptum, & caelo h. e. glorioso Dei regno illatum ad dextram Dei exaltatum, & supra omnes creaturas alias in se etiam glorificatum est. Wink. p. 132 tom. 1. Gif.*

*Quaestiones se offerunt seq. 1. queritur: Quale sit illud caelum in quod Christus ascendit? Resp. non est ubiquitarium, non locatum & certis cellulis classibusque distinctum, non Empyreum & Calvinisticum, sed rectissime definitur tum caelesti conditione, statu, gloria & beatitudine: tum divina etiam illa, infinita & increata maiestate atque luce inaccessa, in qua Deus habitat, nullis locis physicis aut qui-*

quibusvis alijs terrenis conditionibus exposita. *Hutt.* 55  
p. 195. L. C.

2. *Queritur*: ubi sit illud cœlum? *Resp.* verbis  
D. Mentz. p. 101. contra *Crocium* *Bremens*: Alicubi esse cer-  
tum est, non ubiq;, non nussiam: sed certum locum common-  
strare non valeo, sive ad orientem me convertam, sive ad oc-  
cidentem, sive ad meridiem, sive ad aquilonem. Ubiquitarium  
ergo calum non fingimus; iterum inquit D. Mentz. p. 102.  
ib. sed calum à terra & ab inferno cum scriptura & juxta  
eam distinguimus.

3. *Queritur*: Quid sit discriminis inter Christi &  
aliorum sanctorum ascensionem? *Resp.* discriminis triplex  
est: 1. ratione efficientis: Enoch enim & Elias non virtute  
propriâ, sed alienâ ascenderunt: Christus autem propriâ  
virtute ascendit. 2. ratione termini ad quem: illi enim licet in  
cœlum erecti sint, non tamen sunt collocati ad dexteram Dei,  
quod Christo contigit, quæ majestas beatorum gloriam toto  
genere transcendit. 3. ratione præsentia: illi enim in cœlum  
assumpti in terra non amplius fuere: Christus verò ascendit  
longè supra omnes cœlos, ut omnia impleret. Eph. 4. 10. Ergone,  
inquis, Christi hominis in terra præsentia per ascensio-  
nem non tollitur? Non inquam, sed magis stabilitur, quia;  
ut iterum de suo hoc mihi largiatur. D. Mentz. p. 102. cont. *Croc.*  
ascensio Christi gloriæ & virtutis est; unde concludere impo-  
tentiam & infirmitatem, judicij est infirmi & impotentis.  
*Repete* quæ supra de Christi præsentia dicta sunt.

Venio nunc ad membrum de sessione Christi ad Dexteram  
Patris, ubi vicissim duo inquirenda sunt 1. quid sit Dextera  
Dei. 2. quid sit sedere ad dexteram Dei.

Primum quod attinet, nemo tam vesanus est, qui infinitam  
Dei dexteram certum locum constituat, quod cum Calvin. fa-  
ciunt.

ciunt Jesuita *V. Meisn.* p. 33. part. 2. *sub. phil.* Dicimus ergo  
Dexteram Dei hic significare infinitam Dei majestatem  
& potentiam, nullo loco inclusam, nullo exclusam, *hinc*  
*Christus illam vocat Dexteram potentiae Dei, Matth. 26. 64.*  
*Luc. 22. 69. Dexteram majestatis Heb. 1. 3. Vid. apud D. Meisn. alia*  
*dicta & opera dextera Dei ex scripturis annotata p. 26. d. l.*

*Obji. advers. ea scriptura dicta, quibus Dei dextera in*  
*excelsis esse dicitur, ad qua respondeo, particulas ( in caelis, in*  
*excelsis &c. ) non locum significare, sed caelestem, sublimem*  
*& divinam potentiam ac majestatem Wink. p. 147. tom. 1.*  
*Gif. & quando Deus dicitur in excelsis habitare, in caelis*  
*esse &c. num illu loco ob has particulas includemus? & non! pro-*  
*inde distinguendu inter excelsum loci, & excelsum dignitatis:*  
*hoc Deo assignamus, illud ab eo removemus. V. Meis. p. 33. d. l.*

2. Quid sit sedere ad dexteram Dei, est dispiciendum:  
*ubi improbamus eorum somnia, qui de situ locali hanc sesio-*  
*nem interpretantur: Cum enim dextera Dei, non sit locus,*  
*quomodo sesio ad dexteram localis esse queat? V. Eckh. p. 194.*  
*fasc. Nos dicimus, sedere ad dexteram Dei nihil esse aliud,*  
*quam pari potentiam ex unione personali communicata,*  
*cum Deo in coelo & terra. h. e. ubiq; regnare. V. Schröd.*  
*p. 215. Thron. regal.*

*Quaritur hic 1. Secundum quam naturam Chri-*  
*stus ad dexteram Dei sit evectus? Resp. quidam adver-*  
*sariorum dicunt, Christum secundum utramq; naturam,*  
*sedere ad dexteram Dei, quod nobis persuadere conantur hoc*  
*argum: Sedere ad dexteram Dei, est pari potentiam cum Deo*  
*patre regnare, atqui Christus secundum utramq; naturam pa-*  
*ri potentiam cum Deo patre regnat. E. Resp. in proposit. esse*  
*imperfectam sesionis ad dexteram Dei descriptionem: non*  
*enim n̄ sedere ad dexteram Dei simpliciter idem est, quam pari*  
*potentiam*

potentiâ, cum Deo regnare, sed ita regnare, ut illud imperium  
ex unione personali proficiscatur, & Exaltationis consequens  
sit. 37

Quidam Christum secundum naturam divinam ad dex-  
teram patris collocant, in quo graviter errant, dum Christi  
divinitatem fingunt mutabilem, cui in tempore infinita ma-  
jestas accedere potuerit, adeoque Arrianis & Photinianis patulas  
pandunt fenestras. V. Schröd. p. 251. d. l.

Sed, inquiunt, ὁ ἰσ'υ̅ hac sententiâ non mutabilis sit  
in se, sed majestas ejus, creaturarum saltem respectu, mani-  
festatur.

Resp. Vanum hoc & irritum, de tali enim majestate,  
aut sessione hic non quaritur, qua creaturarum saltem respectu  
fit facta, sed de tali, quâ Christus in se ipso est factus melior.  
V. Mentz. p. 58. Mart. Elench.

Nos proinde ab illis divortium facientes, Christum se-  
cundum humanam naturam ad Dei patris dexteram col-  
locatum esse & sedere statuimus, quam sententiam demon-  
stramus seq. argum.

1. Secundum quam naturam scriptura Christum ad  
dexteram patris sedere affirmat, secundum illam ad eam sedet.  
Atqui scriptura Christum secundum humanam naturam ad  
dexteram patris sedere affirmat. V. Matth. 26. 64. Luc. 22.  
69. Act. 7. 56. E.

2. Christus secundum eam naturam sedet ad dexte-  
ram Dei, secundum quam est natus ex Maria virgine, passus  
crucifixus, mortuus, sepultus, &c. quia series articulorum  
fidei hoc ostendit. Atqui Christus secundum naturam huma-  
nam est natus, passus, mortuus, &c. E.

3. Christus secundum eam naturam sedet ad dexteram Dei,  
secundum quam in tempore in altiore statum evehi potuit.

H

Atqui

58 *Atqui secundum humanam naturam in tempore, &c. E. V. Schröd. prolixè de hac quest. differentem p. 238. & seq. Thron. Regal.*

*Ex hætenus dictis patet, quid statuendum sit, de illis Calvinianorum locutionibus, quibus Christum ad dexteram Dei sedentem nostrum conservum appellare non erubescunt. Nos illas impias & blasphemias esse pronunciamus, & è contra Christum Dominum dominantium, & Regem regum salutamus. V. Dn. Præsid. disp. 5. AntiCalvin. cap. 2. err. 5.*

2. *Queritur: An Christus in caelo saltem ad dexteram Patris sedeat. Resp. Calvinianis, Christi corpus in caeli angulum constringentibus & compingentibus, affirmativa arridet: nos dicimus Christum ad dexteram patris sedere, ubicunq; dextera patris est. jam verò dextera patris est ubiq; quis enim potentia divina limites ponat? E. Christus ubiq; ad dexteram patris sedet h. e. Christi imperium nullis terminis aut cancellis circumscribitur. 2. Christus in novissimo die in nubibus apparens sedebit ad dexteram Dei. E. non tantum in caelo quodam ultramundano ad eam sedet. Vid. Schröd. p. 220. d. l. Hein p. 91. cont. Cambach. & hætenus de Christi persona.*

*Restat II. officium, quod est nos à peccatis nostris salvare, & caelesti suo patri reconciliare: estq; illud ratione durationis. 1. temporale 2. æternum.*

*Officium temporale duplex est, 1. Propheticum, 2. Sacerdotale.*

1. *Officium Christi propheticum est, quo nobis caelestis sui patris voluntatem revelat, & nos ad salutis viam informat. Mentz. p. 99. tom. 1. Gis. Hujus officij respectu Christus dicitur propheta ille magnus Luc. 7. 16. à Mose prædictus Deut. 18. 18. magister Matth. 23. 10. Ioh. 3. 2. pastor Joh.*

Joh. 10. 11. episcopus animarum 1. Pet. 2. 25. lumen gentium. 29  
Luc. 2. 32. Evangelista Esf. 61. v. 1. Theod. 361.

Typum hujus officij Christi gesserunt olim Moses & reli-  
qui propheta V. T. Mentz. 101. tom. 1. Gif.

Consistit verò hoc officium in tribus capitibus, 1. in vera  
legis explicatione, quam Christus multoties in calceavit,  
imprimis Matth. 5. cap.

Quaritur hic: An Christus fuerit novus legislator?  
Resp. gens Jesuitica affirmativam tenet, nos negativam, nam  
si Christus esset novus legis lator 1. quomodo ejus jugum esset  
suave & leve Matth. 11. 30? 2. quomodo lex fuisset perfecta  
Psal. 19. 8. si novo supplemento opus habuisset? 3. quomodo  
staret oppositio inter Moysen & Christum Job. 1. 17?

At, inquit Jesuita, Christus Matth. 5. multa legi  
adjicit. Resp. nego hoc, sed legem Mosaicam saltem interpre-  
tatur, & à corruptelis Pharisæicis repurgat.

2. Hoc officium Christi consistit in Evangelij prædica-  
tione V. Esf. 61. v. 1. Matth. 11. v. 5.

3. In novorum sacramentorum institutione. confer  
Matth. 28. 19. cap. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. V. D.  
Helvic. p. 125. tom. 4. Gif.

II. Officium Christi sacerdotale est, quo perfectis-  
simam legi divinæ obedientiam præstitit, se ipsum pro  
totius mundi peccatis hostiam obtulit & perpetuò pro  
nobis apud Patrem coelestem intercedit. Theod. p. 362.

Hujus officij respectu dicitur sacerdos Psal. 110. 4. me-  
diator Heb. 9. 15. pontifex. Heb. 2. 17. redemptor Job. 19. 25.  
agnus Dei Job. 1. 29. advocatus 1. Job. 1. 1. &c.

Obijciat fortè aliquis contra id, quod hoc Christi officium  
dicimus temporale vers. 4. Psal. 110. ubi appellatur sacerdos in  
aeternum. Ergo officium hoc aeternum esse. Resp. Christus sa-  
cerdos

60. *cerdos in æternum dicitur, non quod officio sacerdotali in æternum sit functurus, sed propter efficaciam & vigorem sacrificij semel oblatis. V. D. Wink. p. 114. tom. 7. Gif.*

*Sunt verò duæ hujus officij partes. 1. satisfactio. 2. intercessio. Satisfactio est prior pars sacerdotij Christi, quâ Christus  $\text{ἱεράτωρ}$  Deo persolvit pretium sufficiens pro peccatis totius generis humani, eidemq; justitiam & vitam æternam acquisivit. Mentz. p. 101. tom. 1. Gif.*

*Satisfactio hæc spectatur in obedientia Christi non passiva solum, ut vult Piscator Herbornensis, sed etiam activa, quia Christus non tantum moriendo, sed etiam sanctè vivenda legem pro nobis implevit. V. Eckh. p. 394. fasc.*

*Impugnatur verò Christi satisfactio à veritatis hostibus totaliter, vel partialiter.*

*Totaliter à Neo-Photinianis, qui Christum pro nobis mortuum esse & satisfecisse negant, quæ impietas ipsum Christianæ religionis fundamentum planè evertit, proinde eam narrasse est refutasse. Pia mentes considerent inter alia hæc scripturæ dicta Esa. 53. v. 4. 5. 6. 11. Rom. 3. 24. 25. 1. Cor. 1. 30. 1. Cor. 6. 20. Eph. 1. 7. Col. 1. 14. 1. Tim. 2. 6. Heb. 9. 12. 1. Pet. 1. 18. 19. 1. Job. 2. 2. V. Hutt. p. 417. L. C. Mentz. p. 119. Exeg. A. C. Gravv. tract. de satisfact. Meisz. p. 821 contra Socin.*

*Qui partialiter Christi satisfactionem impugnant, negant illam esse præstitam, vel pro omnibus hominibus, vel pro omnibus peccatis.*

*Pro omnibus hominibus Christum satisfecisse inficiatur spiritus Calvinisticus, idq; propter absolutum illud & horrendum reprobationis decretum in Calvini & asseclarum cerebro natum.*

*Nos Christum pro omnibus hominibus h. e. pro toto gene-*

*res*

re humano mortuum esse & sufficiens λόγος persolvissse credi-  
mus, idq; probamus 1. scriptura dictis. 2. rationibus. 61

Scriptura dicta in tres classes distingui possunt. 1. classis  
continet illa loca, quæ Christum pro toto mundo mortuum  
esse & satisfecisse affirmant, ut Job. 1. 29. cap. 3. 16. cap. 4.  
42. cap. 6. 51. 1. Job. 2. 2.

2. Classis habet ea testimonia, quæ Christum pro omni-  
bus passum esse clarè asserunt, ut Es. 53. 6. Rom. 5. 18. 2. Cor.  
5. 14. 15. Col. 1. 20. 1. Tim. 2. 6. cap. 4. 10. & c.

3. Classis ijs constat dictis, quæ Christum etiam pro  
impijs & damnandis satisfecisse testantur, ut Rom. 14. 15.  
Heb. 6. 4. Heb. 10. 26. 2. Pet. 2. 1.

Rationes cape seqq. 1. Quodcumq; in Adamo perierat, ad  
illud servandum venit Christus. Matth. 18. 11. Luc. 19. 10.  
& Atqui totum genus humanum in Adamo perierat. E.

2. Nemo damnatur propter neglectum rei ad se non  
pertinentis. Atqui increduli damnantur propter neglectum  
meriti Christi. Job. 3. 18. E. Plures rationes. Vid. apud D.  
Meisn. p. 100. decad. 2. ἀνθρωπῶν.

Frivolum est illud argum. Calvinist. Si Christus pro omni-  
bus mortuus esset, omnes etiam salvarentur. Non hoc E. nec  
illud: nam quis inter acquisitionem & applicationem meriti  
Christi distinguere nescit? Vid. hanc quæst. prolixè tracta-  
tam apud D. Hutt. p. 786. Eckh. 322. fasc. Meisn. disp. 3. dec. 2.  
ἀνθρωπῶν. G. isen. p. 83. tom. 6. Gif. Thumm. p. 93. μωουθῶν.  
Calvin. & alios. Ego ad Papicolas me confero:

Nam illi sunt, qui Christum non pro omnibus peccatis, sed  
pro originali saltem satisfecisse nugantur, quibus oppono v. 14.  
cap. 2. ad Tit. vers. 7. cap. 1. prior. Job. & similia dicta. V.  
D. Thumm. p. 105. in cap. 1. Matth.

H 3

Refer



Refer huc illum quoq; Pontificiorum errorem, quo Christum saltem pro culpa, non etiam pro pœna satisfacisse blaterant, quem refellit vers. 55. cap. 15. 1. ad Cor. vers. 9. cap. 5. Rom. vers. 10. cap. 1. 1. Theff. Vid. D. Mentz. p. 322. tom. 3. Marp.

Hasbes partem sacerdotalis Christi officij priorem: accipe posteriorem, quæ est intercessio, quâ Christus sacerdos pro nobis interpellat apud Deum per meritum & satisfactionem suam. Rom. 8. 34. 1. Job. 2. 2. Heb. 9. 24.

Consistit hac. 1. in apparitione in conspectu Dei Heb. 9. 24. 2. in vigore sacrificij semel oblatis Heb. 10. 12. 3. in voluntate Christi perpetua, ut propter satisfactionem suam pater omnes recipiat & justificet, quicumq; illam fide sibi applicant Heb. 10. 10. V. Thumm, p. 140. disp. de dict. 1. Job. 2. v. 1. 2.

Incidit hic questio: An solus Christus sit mediator? Respondet ipse Apostolus 1. Tim. 2. 5. unus est mediator inter Deum & homines, homo Jesus Christus, Pontificij hoc uno mediatore non contenti plures fingunt, idq; contra scripturam. Vid. D. Eckh. 164. pand. Satis de officio temporali.

Propero II. ad officium Christi æternum quod est Regnum, quo Christus *Ἰεσους Χριστος*, Deo æterno patri suo *ὁ Θεος*, omnia gubernat, & potenter dominatur.

Hujus officij respectu Christus dicitur Rex Ezech. 37. 24. Psal. 2. 6. Zach. 9. 9.

Æternum voco hoc Christi officium, ratione regni, quoad *ἰσχύος* considerati, cujus, ut inquit Angelus Luc. 1. 33. nunquam erit finis. Interim *διοικητοῦ* seu forma administrandi hujus regni, est alia atq; alia, quæ diversitas facit, ut regnum Christi consideremus in hoc sæculo, vel in futuro.

In hoc sæculo est regnum potentiae, & gratiæ.

Regnum

Regnum potentiae est generale dominium super  
omnes creaturas in caelo & in terra Dan. 7. Ps. 8. Matth.  
28. Eph. 1. subiectio omnium 1 Cor. 15. Eph. 1. Heb. 1. domi-  
natio in medio inimicorum, quos cohibet, reprimat, punit, ever-  
tit. Psal. 2. & 110.

Regnum gratiae est, specialis operatio misericordiae  
& bonitatis in Ecclesia, ut missio Apostolorum, Evangeli-  
stiarum, pastorum Marc. 16. Luc. 24. collectio Ecclesiae pradi-  
catione evangelij & dispensatione sacramentorum Matth. 28.  
Act. 1. regeneratio, sanctificatio, vivificatio credentium,  
Joh. 3. 5. cap. 6. & 17. Eph. 5. Tit. 2. protectio & conservatio.  
Apoc. 1. & c. Mentz. p. 108. tom. 1. Gif. Vid. qua supra de  
presentia gratiae dicta sunt.

De hoc regno inquit Paulus 1. Cor. 15. v. 24. quod patri  
sit tradendum. V. Mentz. p. 141. AntiSad.

In futuro saeculo erit Regnum iustitiae & gloriae:

Illud conspicietur in excitatione mortuorum & uni-  
versali iudicio, tum impiorum ad damnationem, tum  
piorum ad aeternam beatitudinem.

Hoc consistet in plenaria beatitudinis caelestis pos-  
sessione, ubi Christus electos resuscitados caelesti gloria  
coronabit, ut in aeternum cum ipso vivant: ibi erit Deus  
omnia in omnibus, ibi mille anni erunt ut unus dies, & unus  
dies ut mille anni. O quando illuc transferemur, ut faciem  
Dei conspiciamus! Psal. 41.

Coronidus loco quaritur: Quale sit Christi regnum?  
Resp. non est de hoc mundo Ioh. 18. 36. quale Messia sui regnum  
fingunt Judaei, quorum deliria recenset D. Helvic. p. 136. tom.  
4. Gif. & Hutt. p. 873. L. C.

Non Chiliasiticum: sed spirituale, hinc Paulus arma  
militiae nostrae negat esse carnalia 2. Cor. 10. 4. Hae quoque de  
Christi officio dixisse sufficiat.

Quod

Quod superest, ad te Deus ter opt. mentes nostras elevamus, pro salutari hac Filij tui, servatoris nostri, cognitione gratias agentes. Serva nos in agnita veritate sancte Pater, & quod cœpisti in nobis, bonum opus clementer perfice, ut tandem, ex militante Ecclesia in triumphantis palatium translati, te una cum Filio & Spiritu S. celebremus in sæcula sæculorum, Amen.




*Ad Præstantiss. & Doctissimum*

DN. RESPONDENTEM  
Convictorem in germani fratris  
loco dilectum de Christo *Γεανθρώπου*  
disputantem

**Α**μφαγαπᾶν χριστόν, κρείσσον τῶ παντὶ δαῖναι,  
Πάνσοφτον ἢ δὲ ἀγάπη, πύγχαρις ἢ σοφία.  
Ἐὺ Τύρβανε σοφῶν φρονέεις ἀντιζητῶν ἄλλων,  
Ανδρομέης σοφίης ἐς ἐνέδησε πόθος.  
Σπυῖδε, παρὰ χριστῶ ἀντίροπον ἴδιν ἀμοιβή,  
Σπυῖδε Ἰπταμηνίως, σὺν ἀγέρας ἐση.

Daniel VVestermannus.  
Hamburgensis.







Regnum potentiae est generale d  
omnes creaturas in caelo & in terra Dan  
28. Eph. 1. Subjectio omnium 1 Cor. 15. Ep  
natio in medio inimicorum, quos cohibet, rep  
tit. Psal. 2. & 110.

Regnum gratiae est, specialis opera  
& bonitatis in Ecclesia, ut misio Aposto  
liarum, pastorum Marc. 16. Luc. 24. collect  
catione evangelij & dispensatione sacramen  
Act. 1. regeneratio, sanctificatio, vivific  
Job. 3. 5. cap. 6. & 17. Eph. 5. Tit. 3. protect  
Apoc. 1. & c. Mentz. p. 108. tom. 1. Gif.  
presentia gratiae dicta sunt.

De hoc regno inquit Paulus 1. Cor. 15.  
fit tradendum. V. Mentz. p. 141. AntiSacr

In futuro saeculo erit Regnum iustitiae

Illud conspicietur in excitatione mo  
versali iudicio, tum impiorum ad dam  
piorum ad aeternam beatitudinem.

Hoc consistet in plenaria beatitud  
fessione, ubi Christus electos resuscita  
coronabit, ut in aeternum cum ipso viva  
omnia in omnibus, ibi mille anni erant ut  
dies ut mille anni. O quando illuc transfer  
Dei conspiciamus! Psal. 41.

Coronidus loco quaritur: Quale sit C  
Resp. non est de hoc mundo Job. 18. 36. quale  
fingunt Judaei, quorum deliria recenset D.  
4. Gif. & Hutt. p. 873. L. C.

Non Chiliaasticum: sed spirituale, b  
militia nostra negat esse carnalia 2. Cor. 1  
Christi officio dixisse sufficiat.



iper  
atth.  
lomi-  
ver-  
rdia  
geli-  
radi-  
. 28.  
um  
atio.  
a de  
patri  
uni-  
um  
pos-  
loria  
Deus  
unus  
nem  
um?  
gnum  
tom.  
rima  
g, de  
Quod